UNIVERSITY OF TORONTO
3 1761 00296417 9

# RELIGIONSGESCHICHTLICHE VERSUCHE UND VORARBEITEN

BEGRÜNDET VON

ALBRECHT DIETERICH UND RICHARD WÜNSCH

IN VERBINDUNG MIT LUDWIG DEUBNER HERAUSGEGEBEN

VON

LUDOLF MALTEN UND OTTO WEINREICH

SECHZEHNTER BAND

1916/1919

[Heft 2]

VERLAG VON ALFRED TÖPELMANN IN GIESSEN

## INHALTSVERZEICHNIS DES SECHZEHNTEN BANDES

Weinreich, Otto: Triskaidekadische Studien. Beiträge zur Geschichte der Zahlen (1. Heft).

Casel, Odo: De philosophorum Graecorum silentio mystico (2. Heft).

703451
BL
25
R37
Bd. 16
Heft 2

# DE PHILOSOPHORUM GRAECORUM SILENTIO MYSTICO

SCRIPSIT

ODO CASEL

VERLAG VON ALFRED TÖPELMANN IN GIESSEN

1919

# RELIGIONSGESCHICHTLICHE VERSUCHE UND VORARBEITEN

BEGRÜNDET VON ALBRECHT DIETERICH UND RICHARD WÜNSCH
IN VERBINDUNG MIT LUDWIG DEUBNER HERAUSGEGEBEN VON

LUDOLF MALTEN UND OTTO WEINREICH
IN KÖNIGSBERG / PR. IN HEIDELBERG

XVI. BAND 2. HEFT

703451
28. 5. 59

ILDEFONSO HERWEGEN

ABBATI

PIETATIS ERGO

Universitatis Fridericiae Guilelmiae Bonnensis amplissimus philosophorum ordo hac commentatione iudicio eius subiecta autumno a. 1918 praemio et paullo post summis in philosophia honoribus dignum me habuit. Cui maximas ago gratias et imprimis Augusto Brinkmann, cuius doctrina et benignitas quantum huic libro utilitatis attulerit unaquaeque fere pagina testatur.

Hac de Graecorum silentio mystico commentatione viam mihi parasse videor, qua mox de Christianorum silentii mystici causis et primordiis scribere aggrediar.

O. C.

# Argumentum

Pag.

Prologus . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 1

Cap. I. De silentii disciplina Eleusinia . . . . . . . . 3

Quae fuerit silentii disciplina Eleusinia 3. Ad quasnam res reticentiae lex pertinuerit 11. Quibus causis commoti homines ea se astrinxerint 19.

Cap. II. De philosophorum qui ante aevum imperatorum fuerunt silentio mystico . . . . . . . . . . . . 28

Silentii mystici a mysteriis ad philosophiam transeuntis tenuia initia apud Orphicos conspiciuntur 28. Quid de silentio et de sermone symbolico vel fabuloso senserint Pythagorei 30, Heraclitus 35, Plato 35, Aristoteles 40, Epicurei 41. Quae fuerit ratio silentium inter et interpretationem allegoricam praecipue Stoicam 42. Locus Strabonis ad Apollodorum ut videtur revocandus quam silentii doctrinam proferat 48.

Cap. III. De philosophorum et theologorum qui aevo imperatorum floruerunt praeter Neoplatonicos silentio mystico . . . . . . . . . . . . . . . . 51

Quomodo aevo imperatorum rei mysticae studium rursus effloruerit 51. Neopythagoreorum de silentio et de symbolis placita colliguntur ex eorum libris, quos de vita Pythagorica conscripserunt 52, quos Pythagorae et veteribus Pythagoreis subdiderunt 66, quos proprio Marte ediderunt 67; quibus ex testimoniis doctrina eorum enucleatur 68. Quid de silentio et de allegoria placuerit Philoni 72, Plutarcho 86, aliis Platonicis 93, doctrinae Hermeticae asseclis 95. Quomodo silentio usi sint astrologi 100, alchemistae 102, magi 105, Gnostici 107.

Cap. IV. De Neoplatonicorum silentio mystico . . . . 111

Numenii 111, Plotini 114, Porphyrii 117, Iamblichi, Iuliani, Salutii 124, Macrobii 141, Procli 144, Olympiodori 153, Damascii, aliorum 155, de silentio mythisque placita.

Epilogus . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 158

Index . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . 159

ἔστιν οὗ σιγὴ λόγου κρείσσων γένοιτ' ἄν.
Euripides.

Silentium mysticum in plurimarum gentium religionibus usitatum Graeci non ignorabant. Sed, qui mos fuit Graecorum, non solum disciplinae sacrae certum modum et digniores formas statuerunt, sed etiam ritum causis fulcire et explicare hacque ratione cum philosophia conciliare studuerunt. Id iam pridem occasione oblata observavere viri docti. Sed ut funditus cognoscatur, quid silentium mysticum apud philosophos Graecos sibi voluerit quantumque valuerit, omnia, quantum fieri potest, testimonia ad hanc rem spectantia colligantur et excutiantur necesse est, id quod nondum factum esse videmus, nisi quod Procli Neoplatonici plurima, etsi non omnia de silentio placita Hugo Koch[1] congessit. Idem libro suo non paucas aliorum Graecorum sententias ad silentium mysticum pertinentes inseruit, sed non satis diligens fuit in iis deligendis disponendis examinandis. Lobeck[2] quoque, Anrich[3], A. Dieterich[4], Bousset[5], Jos. Kroll[6], Fr. Heiler[7] breviter silentii mentionem fecerunt.

[1] *Pseudo-Dionysius Areopagita in seinen Beziehungen zum Neuplatonismus und Mysterienwesen* = Forschungen zur christl. Literatur- und Dogmengesch. hg. von Ehrhard u. Kirsch I 2 et 3 (1900) 108—134, 198—260.

[2] Aglaophamus sive de theologiae mysticae Graecorum causis 1829 passim.

[3] *Das antike Mysterienwesen in seinem Einfluss auf das Christentum* 1894, passim. [4] *Eine Mithrasliturgie*[2] 1910, 42 sq.

[5] *Kyrios Christos* 1913, 338 n. 1.

[6] *Die Lehren des Hermes Trismegistos* 1914, 335—338.

[7] *Das Gebet. Eine religionsgesch. u. religionspsych. Untersuchung* 1918, 240, 441; cf. 43, 203, 219, 342; cf. etiam Aug. Horneffer *Symbolik der Mysterienbünde* 1916 cap. I *Das Geheimnis.*

Ideo hac commentatione in animo nobis est philosophorum Graecorum de silentio mystico sententias collectas proponere et apte digestas examinare. Sed quia silentium mysticum non e philosophia, sed e mysteriis originem duxit, prius quo rectius intellegatur, quid sit silentium mysticum, disciplinam silentii Eleusiniam tractabimus. Mysteriorum enim Cereris et Proserpinae cum maxima esset apud Graecos auctoritas, non solum in eorum disciplinam alia Graecorum mysteria se formavere, sed etiam philosophi, ubi res et voces mysticas assumebant, illorum potissimum consuetudines ante oculos habebant. Sed artiore etiam vinculo silentium philosophorum cum mysteriorum more coniunctum est; philosophos enim simili atque mystas religionis sensu imbutos silentio operam navasse videbimus. Hac igitur ratione cum philosophia ad religionum Graecarum historiam nonnihil conferat, iure testimoniis philosophorum disciplinam Eleusiniam praemittimus. Quo fundamento posito temporum quae usque ad aevum imperatorum fuerunt philosophos pervestigabimus, ut quomodo silentium mysticum a mysteriis ad philosophiam transierit huicque paullatim coaluerit cognoscamus. Denique philosophorum et theologorum aevo imperatorum et antiquitatis senescentis temporibus florentium placita pro viribus excutiemus. Neque tamen nos fallit nos initium tantum huius investigationis fecisse.

# I

## De silentii disciplina Eleusinia

De Graecorum silentio mystico nobis verba facientibus obiecerit quispiam neque silentium neque rem mysticam satis Graecis convenire, qui *τῷ λόγῳ* magis quam silentio et rei mysticae studuerint. Barbaras potius gentes orientis silentio mystico deditas fuisse; illas enim et solium regis silentes adorare[1] et numen silentio colere solitas esse. Attamen apud Graecos quoque silentii religio in cultu deorum caerimoniisque sacris locum amplum obtinuit, priusquam ad philosophos et theologos transiit. In sacrificiis enim praeco ne quis verbis ineptis sacra irrita faceret monebat dicens: *εὐφημεῖτε*, „favete linguis“[2]. Nec defuere sacra quae omnino reticeri neque in vulgus efferri religio erat[3]. Inter quae praecipuo loco dearum Eleusiniarum Cereris et Proserpinae mysteria numeranda sunt, quippe quae apud omnes Graecos, quin postea etiam toto orbe terrarum maximo in honore sint habita.

Silendi praeceptum usumque in mysteriis Eleusiniis viguisse quamquam ipsum mysteriorum nomen clamat neque est qui neget, nonnullis tamen auctoribus allatis planius fiet, quae

[1] Cf. Arrian. Anab. V 1, 4 qui refert legatos ad Alexandrum Magnum missos *πεσόντας ἐς γῆν ἐπὶ πολὺ σιγὴν ἔχειν*.

[2] Cf. Spanhemi observationes in Callimachi hymnum in Apoll. v. 17; Wissowa *Rel. u. Kultus der Römer*[2] 1912, 396 sq., 396 n. 5. De simulacris deorum qui digito ad os admoto silentium denuntiarent (Macrob. Sat. III 9, 4) et damnum ex verbis ineptis vel strepitu quovis oriturum propulsarent cf. Fr. Marx *Athen. Mitt.* X (1885) 190 sq.

[3] Cf. Lobeck, Aglaophamus 89 sqq.; C. F. Hermann *Lehrb. d. gottesdienstl. Altertümer der Griechen*[2] 1858 § 32 n. 6.

silentii disciplina fuerit. Deinceps quaeremus, ad quasnam res reticendi lex pertinuerit quibusque causis commoti homines ea se astrinxerint[1].

Initium facimus ab hymni in Cererem Homerici, cui tamquam fundamento religio Eleusinia superstruitur, versibus 475—479:

*Δημήτρῃ . . . δεῖξε*
*δρησμοσύνην θ' ἱερῶν καὶ ἐπέφραδεν ὄργια καλὰ*
. . . . . . . . . . . . . . . . . . . . . .
*σεμνά, τά τ' οὔ πως ἔστι παρέξιμεν οὔτε πυθέσθαι*
*οὔτ' ἀχέειν· μέγα γάρ τι θεῶν σέβας ἰσχάνει αὐδήν.*

Ergo neque *πυθέσθαι* (audire)[2] neque *ἀχέειν* (loqui) licet de mysteriis.

Similiter non initiatos vel *πυθέσθαι* vetat Pausanias somnio[3] admonitus, ne de templo Eleusinio scribat (I 38, 7): *Τὰ δὲ ἐντὸς τοῦ τείχους τοῦ ἱεροῦ τό τε ὄνειρον ἀπεῖπε γράφειν, καὶ τοῖς οὐ τελεσθεῖσιν, ὁπόσων θέας εἴργονται, δῆλα δήπου μηδὲ πυθέσθαι* (audire, quia opponitur visus) *μετεῖναί σφισιν.*

Silentium ab ipso numine imperatum leges a sacerdotibus Eleusiniis latae sancire dicuntur. Nam Alcibiades sacra profanavit *παρὰ τὰ νόμιμα καὶ τὰ καθεστηκότα ὑπό τε Εὐμολπιδῶν καὶ Κηρύκων καὶ τῶν ἱερέων τῶν ἐξ Ἐλευσῖνος* (Plut. Alcib. 22).

Silentium sollemni modo a praecone denuntiatum esse auctor est Sopater (Rhet. graeci VIII p. 118, 13 sqq. W.): *Αὐτὰ μὲν οὖν τὰ τῆς σιωπῆς ἀγαθὰ κηρύττει πρὸ πάντων τὰ τῆς Ἐλευσῖνος μυστήρια φωνῆς ἅμα καὶ λόγου προσημαίνοντα φείδεσθαι . . . ὅτι πρὸ πάντων ἐπιτάττει (ὁ ἱεροκῆρυξ) δημοσίᾳ τὴν σιωπήν, καὶ καθάπερ τι μέρος τῆς τελετῆς τὴν ἐχεμυθίαν τοῖς μύσταις παραινεῖ, καὶ διὰ ταύτης πρυτανεύεται λανθάνειν τοὺς πολλοὺς τὰ μυστήρια κτλ.*

---

[1] In hoc capite componendo usus sum imprimis his libris: Chr. A. Lobeck, Aglaophamus 1829; E. Rohde *Psyche* I[2] 1898; G. Anrich *Das antike Mysterienwesen in seinem Einfluss auf das Christentum* 1894; P. Foucart *Les mystères d'Éleusis* 1914; alii suo loco afferentur.

[2] Cf. oraculum Apollinis Clarii a Macrobio servatum (Sat. I 18, 19): *Ὄργια μὲν δεδαῶτας ἐχρῆν νηπευθέα κεύθειν.*

[3] Versa vice somniis di invitant ad initiationem: Pausan. X 32, 13; Apul. Metam. XI 27; 28, qui afferuntur a P. Wendland, De fabellis antiquis earumque ad Christianos propagatione. Progr. Gotting. 1911.

Ritus quidam cum silentii denuntiatione coniunctus ex Sophoclis versibus subobscuris erui posse videtur (Oed. Col. 1048 sqq.): . . . *ἢ πρὸς Πυθίαις ἢ λαμπάσιν ἀκταῖς, οὗ πότνιαι σεμνὰ τιθηνοῦνται τέλη θνατοῖσιν, ὧν καὶ χρυσέα κλὴς ἐπὶ γλώσσᾳ βέβακε προσπόλων Εὐμολπιδᾶν.* Ὧν non cum scholio ad *θνατοῖσιν*, sed ad *πότνιαι* i. e. *θεαί* referendum est. Dearum clavis aurea in ore sacerdotum posita est. Quid hoc sibi velit, ita interpretatur scholium: *Ὧν καὶ χρυσέα κλῄς· ἐπεὶ ἄρρητα τὰ μυστήρια, καὶ καθάπερ κλεισὶν ἡ γλῶττα κατείληπται, ὑπὲρ τοῦ μὴ ἐξενεγκεῖν.* Quae interpretatio si vera est, poeta non dicit caerimonia quadam sacra clavem auream super os sacerdotis positam esse, sed poetice loquitur aeque atque Aeschylus fr. 309 N.: *Ἀλλ' ἔστι κἀμοὶ κλῄς ἐπὶ γλώσσῃ φύλαξ* et Theognis 421 sq.: *Πολλοῖς ἀνθρώπων γλώσσῃ θύραι οὐκ ἐπίκεινται ἁρμόδιαι, καί σφιν πόλλ' ἀμέλητα μέλει* et poeta incertus AP X 42: *Ἀρρήτων ἐπέων γλώσσῃ σφρηγὶς ἐπικείσθω*[1]. Utique cum variis imaginibus usi sint poetae, eos ritum quendam sacrum ante oculos habuisse veri simile non est[2].

Cum de silentii indicendi ritu nihil certi proferri possit, magnus est numerus artis vocabulorum ad silentium spectantium. Quae verba fere non in solo sermone mystico usur-

---

[1] Cf. Plut. Regum et imperatorum apophthegm. p. 180 D: Alexander M. cum Hephaestio litteras quasdam secretas legisset, *τὸν δακτύλιον ἀφελόμενος τὸν ἑαυτοῦ τῷ στόματι τῷ ἐκείνου τὴν σφραγῖδα ἐπέθηκεν.* Gregor. Naz. or. 40 p. 728: *Τὰ δὲ ἄλλα . . . κρύψεις παρὰ σεαυτῷ σφραγῖδι κρατούμενα.* Dölger *Sphragis* 1911, 17 affert Ies. Sirac. 22, 27 (33). Quae Wobbermin *Religionsgesch. Studien* 1896, 148 sq. de artis vocabulo *τὴν σφραγῖδα τηρεῖν* = silentium servare profert, non mihi satis demonstrata esse videntur. Cf. etiam Aeschyl. Agam. 36: *Τὰ δ' ἄλλα σιγῶ, βοῦς ἐπὶ γλώσσῃ βέβηκεν*; Theogn. 815 sq.: *Βοῦς μοι ἐπὶ γλώσσης κρατερῷ ποδὶ λὰξ ἐπιβαίνων ἴσχει κωτίλλειν καίπερ ἐπιστάμενον*; Iulianus Caesar or. 7 p. 218 A: *Τὸν βοῦν δὲ ἐπιτίθημι τῇ γλώττῃ.*

[2] In nonnullis mysteriis qui initiabantur sacramento se in silentium obstrinxerunt, ut colligitur vel ex Hippolyt. refut. praef. § 3 p. 2, 13 sqq. Wendl. de haereticis Graecos imitantibus haec narrante: *Καὶ τότε . . . μυοῦσι τὸ τέλειον τῶν κακῶν παραδιδόντες, ὅρκοις δήσαντες μήτε ἐξειπεῖν μήτε τῷ τυχόντι μεταδοῦναι κτλ.* Huc pertinent fortasse Liv. XXXIX 15, 13: „Hoc sacramento initiatos iuvenes“ eqs. et Apul. met. XI 15: „Sacramento rogaberis“ ita, ut silentii promissio partem huius sacramenti constituerit. Cf. Reitzenstein *Hellenist. Mysterienrel.* 1910, 66 sqq.

pantur, sed cum ex usu communi ad mysteria transferuntur, peculiarem significationem mysticam induunt. Quibus in colligendis usus Eleusinii finibus non terminamur, sed etiam vocabula in aliis orgiis usitata afferimus. Voces enim mysticae posteris temporibus omnibus fere mysteriis communes erant. Praeterea philosophorum silentium mysticum consideraturis utile erit quam plurima artis vocabula rei mysticae propria nosse. Si quis enim scriptor ea usurpat, aliquo saltem modo ipsam silendi disciplinam tangit.

Saepissime ea quae in mysteriis traduntur ἄρρητα esse dicuntur. Velut Xenoph. Hellen. VI 3, 6: *Λέγεται Τριπτόλεμος τὰ Δήμητρος καὶ Κόρης ἄρρητα ἱερὰ πρώτοις ξένοις δεῖξαι Ἡρακλεῖ τε . . . καὶ Διοσκόροιν.* Schol. in Aristoph. Nub. 303: *Μυστικὸς δὲ ὁ λόγος ὁ περὶ τὰ ἄρρητα μυστήρια.* Eiusdem significationis est vox ἀπόρρητος. Plurima testimonia in lexicis invenies [1]. Diodor. III 55: *Ἐν ἀπορρήτῳ κατὰ τὴν τελετὴν παραδίδοσθαι.* V 49: *Καὶ τὰ μὲν κατὰ μέρος τῆς τελετῆς ἐν ἀπορρήτοις τηρούμενα μόνοις παραδίδοται τοῖς μυηθεῖσι.* V 77 inter se opponuntur *μυστικῶς* et *φανερῶς παραδίδοσθαι, ἐν ἀπορρήτῳ παραδιδόμενα* et *μηδένα κρύπτειν.* Strabo quoque X 467 C *μυστικῶς* et *ἐν φανερῷ* distinguit. Qua ex re patet *μυστικῶς* et *ἐν ἀπορρήτῳ* idem significare [2].

Cum ad ipsum silentium designandum pauca eademque semper vocabula adhibeantur, plura esse verba, quae secreti iniustam manifestationem significant, ex rei natura facile intellegitur, quia disciplina silentii non tam praecepto tacendi quam interdicto loquendi constat.

Silentium sermone rumpitur. Ideo principalis vox, qua silentium violari dicitur, est vox dicendi. Hymni Homerici v. 479 mystae vetantur ἀχέειν (*τὰ ὄργια*). Herod. II 61: *Οὔ μοι ὅσιόν ἐστι λέγειν.* Ibid. II 47: *Λόγος οὐκ εὐπρεπέστερός ἐστι λέγεσθαι.* II 171: *Εὔστομα κείσθω, πλὴν ὅσον αὐτῆς ὁσίη ἐστὶ λέγειν.* Similiter Sopater Rhet. gr. VIII 117 W.: *Ἐάν τις τὰ μυστήρια εἴπῃ, τιμωρείσθω.*

---

[1] Cf. etiam Suid. s. v. *ἀπόρρητος.*

[2] Ἄφραστος: Proclus, Plat. theol. I 21 p. 54 Port.; in Parmenid. VI 177 Cousin. Ἄφθεγκτος: Dionys. Areop. de Div. nom. II 5. Haec afferuntur a Koch l. c. 119 sq.

Aliorum quoque vocabulorum origo facile liquet, quod fere enarrationem vel publicationem significant. Talia sunt:

*ἐξηγέεσθαι*: Herod. II 3. *ἐξαγορεύειν*: Lucian. de salt. 15.

*ἐξερεύγειν . . . ἱστορίην* (sacrorum Cereris): Callimach. Aet. Oxyrh. Pap. VII 25 v. 7 coll. A. E. Housman *Classical Quarterly* IV (1910) 115, quae vox Alexandrinorum propria fuisse videtur: dicendi enim significatio ei primum tribuitur a LXX interpretibus (cf. psalm. 44, 2).

*ἐκφάναι*: Hermetis Trismeg. XIII 16 p. 124, 7 Parthey.

*ἐκλαλεῖν*: Iulian. imper. or. 5 init. Ibid. *τὰ ἀνεκλάλητα*.

*ἐξαγγέλλειν*: schol. Aristoph. Nub. 302.

*ἐκφερομυθεῖν*: Cornutus compend. c. 30 p. 61, 13 L. De hoc vocabulo raro cf. R. Schöne ind. Aeneae tactici p. 142.

*ἐκφαίνειν*: Herod. VI 135 *τὰ ἐς ἔρσενα γόνον ἄρρητα ἱρὰ ἐκφήνασαν Μιλτιάδῃ*. Iamblich. v. Pyth. § 246 *εἰς πολλοὺς ἐκφῆναι*.

*ἐκφέρειν*: Diog. Laert. II 101 *τοῖς ἀμυήτοις ἐκφ.*; cf. Lobeck, Agl. p. 55 et n. p. Plut. Quaest. conv. VIII 8 p. 728 DE *μήτ' ἄρρητον εἶναι μήτ' ἀνέξοιστον πρὸς τοὺς ἑτέρους*. Gregor. Nazianz. or. 27 p. 491 Migne PG 36, 18 B mystica vocat *τὰ μὴ ἔκφορα*. Iambl. v. Pyth. § 247 *ἐξώφορα ποιεῖσθαι* (ibid. *δηλοῦν*).

*ἐξορχεῖσθαι*: Lucian. de saltat. 15 *τοὺς ἐξαγορεύοντας τὰ μυστήρια ἐξορχεῖσθαι λέγουσιν οἱ πολλοί*. Id. Piscat. 33 *ἐξαγορεύοντα ταῖν θεαῖν τὰ μυστήρια καὶ ἐξορχούμενον*. Quae vox originem videtur duxisse ex Bacchi mysteriis, quae saltando prodi potuisse apparet ex Plat. Leg. 815 C *ὅση (ὄρχησις) μὲν βακχεία τ' ἐστὶ καὶ τῶν ταύταις ἑπομένων . . . περὶ καθαρμούς τε καὶ τελετὰς ἀποτελούντων*[1]. Sed sicut Lucianus l. s. c. libri de salt. contendit: *Τελετὴν οὐδὲ μίαν ἀρχαίαν ἔστιν εὑρεῖν ἄνευ ὀρχήσεως*, in Eleusiniis quoque mysteriis saltatio non defuisse videtur, ut testimoniis et monumentis monstrant I. N. Svoronos *Journal international d'archéologie numismatique* IV (1901) 256 sq. et Pringsheim *Archäologische Beiträge zur Gesch. des eleus. Kults* (Diss. Bonn. 1905) 77 sq. Ideo vox illa *ἐξορχεῖσθαι* ad omnia mysteria transferebatur. Velut Clemens Alexandrinus protrept. § 12, 1 scribit: *Οὐκ ἐξορχήσομαι (τὰ μ.)* et Synesius

[1] Cf. Eurip. Bacchae passim.

de provid. II 6, 125 D (Migne PG 66, 1274 C): *Ἀλλ' εὐλαβητέον γὰρ ἤδη, μή τι καὶ τῶν ἀπορρήτων ἐξορχησώμεθα.* Vocem[1] non occurrere videri ante Aristidem Lucianum Alciphronem observat E. Rohde *Psyche* I 298 n. 1.

*ἐκφοιτᾶν* (activae significationis): Suidas s. v. *ἐξεφοίτα· ἐθριάμβευεν. Ὁ δὲ παρὰ τοὺς ἀτελέστους καὶ βεβήλους ἐξεφοίτα τὰ τῶν Σαμοθρᾴκων ὄργια* (= Aelian. fr. 45 Hercher.).

*δημοσιεύειν*: Porphyr. de abstin. II 36.

*ἐκκαλύπτειν*: Porphyr. v. Plotini 3.

*ἐκκυκλεῖν*: vox ex sermone et apparatu scaenico sumpta. Clem. Al. protr. § 12, 1 *τοὺς . . . θεούς, ὧν αἱ τελεταὶ αἱ μυστικαί, οἷον ἐπὶ σκηνῆς τοῦ βίου τοῖς τῆς ἀληθείας ἐκκυκλήσω θεαταῖς.* Idem stromat. VII § 88, 3 *ἐκκυκλεῖν τὰ μ.*

*τραγῳδεῖν*: Athanasius apol. contra Arianos 11 (PG 25, 268 A) *καὶ οὐκ αἰσχύνονται . . . τραγῳδοῦντες τὰ μυστήρια· δέον, ὡς γέγραπται* (Tob. 12, 7), *μυστήριον βασιλέως καλὸν κρύπτειν, καὶ ὡς ὁ Κύριος παρήγγειλε·* Matth. 7, 6. *Οὐ χρὴ γὰρ τὰ μυστήρια ἀμυήτοις τραγῳδεῖν. ἐκτραγῳδεῖν* = agere in scaena et agendo publicare Philo de mut. nom. § 196; de somn. I 35. Lucian. de merc. cond. 41 *ἐκτραγῳδήσει καὶ πρὸς πολλοὺς ἐρεῖ.*

*ἐκθριαμβεύειν*: S. Basilius M. de Spir. S. c. 27 § 66 PG 32, 189 *ἃ γὰρ οὐδὲ ἐποπτεύειν ἔξεστι τοῖς ἀμυήτοις, τούτων πῶς ἂν ἦν εἰκὸς τὴν διδασκαλίαν ἐκθρ. ἐν γράμμασιν.* Quod vocabulum ex principali significatione deducendi aliquem in triumpho publico sensum translatum publicandi traxit, similiter atque vox *ἐκπομπεύειν* a Dionys. Areop. publicandi sensu usurpatur (De eccl. hier. VII 3, 10 p. 270; ep. 8, 1 p. 599). De voce simplici *θριαμβεύειν* = *δημοσιεύειν* cf. A. Brinkmann, Mus. Rh. LXIV (1909) 479.

Denique Dionys. Areop. de eccl. hier. I 5 p. 166 et VII 3. 10 p. 270 etiam voci *ἐξάγειν* mysticum sensum tribuit. Aristophanes quidem Eq. 282 haec exhibet: *Ἐξάγων γε τἀπόρρηθ', ἅμ' ἄρτον καὶ κρέας*; sed *τὰ ἀπόρρητα* hoc loco sunt ea,

[1] Vox etiam ad alias res transfertur, cf. Reiske ad Aristid. or. 50 init., W. Schmid *Atticismus* III 239; IV 354, praeterea Fronto p. 258, 1 N., Heliodor. Aeth. VI 15 p. 177, 26 Bekk., al. De usu Christianorum cf. etiam Wobbermin l. s. c. 149 n. 2.

quae exportari vetantur; cf. Suid. s. v. ἀπόρρητος· ἀπόρρητα ἔλεγον τὰ ἀπειρημένα ἐξάγεσθαι.

Silentium violatum quam inexpiabili religione Graeci sanxerint, apparet ex eo, quod qui contra illud peccaverant capitis damnabantur. Huius rei testes sunt iuvenes illi Acarnanes, quos, cum non initiati templum Cereris imprudentes ingressi essent, etsi nondum quicquam de ipsis caerimoniis sacris comperissent, deprehensos et a magistratibus Eleusiniis „tamquam ob nefandum scelus“ interfectos esse narrat Livius 31, 7 sqq. Morte delictum luit etiam ille, qui, ut scribit Aelianus (fr. 43 Hercher.), τὰ τῆς Φερρεφάττης ὄργια ἐδίψησε θεάσασθαι ἀτέλεστος ὤν . . . καὶ ἐπί τινος ἀνελθὼν λίθου ἑώρα τὰ γινόμενα. Ἐκ γάρ τοι τοῦ λίθου κατώλισθε καὶ βιαίᾳ τῇ πληγῇ περιπεσὼν ἀπέθανε κτλ. Aeschylus poeta, quod invitus mystica quaedam prodiderat, vix mortem aufugit (Aristot. eth. Nicomach. III 1 p. 1111 a 9 sq. et comment.)[1]. Alcibiades cum mysteriorum profanatorum accusatus esset, fuga mortem vitavit (Plut. Alcib. 22); complures amici eius capitis damnati sunt eorumque bona publicata, alii in exilium missi (καὶ τῶν φίλων αὐτοῦ τοὺς μὲν ἀπέκτειναν, τοὺς δ' ἐκ τῆς πόλεως ἐξέβαλον Isocr. de iugo 8). Sacerdotum quoque execrationibus devovebantur, qui contra tacendi legem peccaverant: Ps.-Lysias adv. Andocidem 51 ἱέρειαι καὶ ἱερεῖς στάντες κατηράσαντο πρὸς ἑσπέραν καὶ φοινικίδας[2] ἀνέσεισαν κατὰ τὸ νόμιμον τὸ παλαιὸν καὶ ἀρχαῖον. De eadem causa egit Andocides et ipse accusatus oratione quae inscribitur De mysteriis. Violare secretum est ἁμάρτημα et ἀσέβεια περὶ τὼ θεώ (Andoc. 29)[3]. Quin silentii legem migrare praecipua et quasi unica ratio est delinquendi in mysteria: Diog. Laert. II 101 ὁ δ' οὖν Θεόδωρος προσκαθίσας ποτὲ Εὐρυκλείδῃ τῷ ἱεροφάντῃ, λέγε μοι, ἔφη, Εὐρυκλείδη, τίνες εἰσὶν οἱ ἀσεβοῦντες περὶ τὰ μυστήρια; εἰπόντος δ' ἐκείνου, οἱ τοῖς ἀμυήτοις αὐτὰ ἐκφέροντες, ἀσεβεῖς ἄρα, ἔφη, καὶ σύ, τοῖς ἀμυήτοις διηγούμενος. Sopater sophista controversiam proposuit hanc (Rhet. gr. VIII 110 sqq. W.): Νόμος· τὸν ἐξειπόντα τὰ μυστήρια

[1] Cf. etiam O. Kern *Eleusinische Beiträge* (Progr. Halense 1909) 12 sq.

[2] Quia dis inferis devovebantur; cf. Rohde *Ps.* I 226 n. 3.

[3] Cf. P. Decharme *La critique des traditions religieuses chez les Grecs dès origines au temps de Plutarque* 1904, 144—151.

(i. e. Eleusinia, ut ex iis quae sequuntur patet) *τεθναναι*[1]. *Ὄναρ τις θεασάμενος τὴν τελετὴν ἤρετό τινα τῶν μεμυημένων, εἰ ταῦτα εἴη, ἅπερ ἑώρακεν· ἐπένευσεν καὶ κρίνεται ἀσεβείας*[2]. Ergo non solum loqui de mysteriis, sed vel *ἐπινεῦσαι* pro impietate habetur (111, 20 sq. *ὅτι ἀσεβείας ἐστὶ τὸ εἰπεῖν καὶ ἐπινεῦσαι*). Reus idem patietur *τοῖς τῶν μυστηρίων νόμον παραβῆναι τολμήσασιν* (112, 7 sq.); peccavit enim *περὶ τὰς θεὰς καὶ τὰ μυστήρια* (112, 13 sq.). 117, 9 sq. ipsa *γνώμη νομοθέτου* fingitur, quae *ἁπλῶς ὡρισμένως εἶπεν· ὅτι ἐάν τις τὰ μυστήρια εἴπῃ, τιμωρείσθω*. Reus igitur id solum efficiat oportet, ut demonstret se interroganti adnuentem silentium ipsum non violasse. Diagoram Melium Athenienses absentem proscripserunt[3] teste Aristophane (Av. 1072 sqq.):

> *ἐπαναγορεύεται,*
> *ἢν ἀποκτείνῃ τις ὑμῶν Διαγόραν τὸν Μήλιον*
> *λαμβάνειν τάλαντον,*

quia sacra Eleusinia irriserat et profanaverat: Ps. Lysias adv. Andoc. 17 *τοσοῦτο δ' οὗτος* (Andocides) *Διαγόρου τοῦ Μηλίου ἀσεβέστερος γεγένηται· ἐκεῖνος μὲν γὰρ λόγῳ περὶ τὰ ἀλλότρια ἱερὰ καὶ ἑορτὰς ἠσέβει, οὗτος δὲ ἔργῳ περὶ τὰ ἐν τῇ αὑτοῦ πόλει.* Schol. in Aristoph. l. s. c. *οὗτος . . . τὰ δὲ μυστήρια ηὐτέλιζεν, ὡς πολλοὺς ἐκτρέπειν τῆς τελετῆς . . . ἐκηρύχθη δὲ τοῦτο διὰ τὸ ἀσεβὲς αὐτοῦ, ἐπεὶ τὰ μυστήρια πᾶσι διηγεῖτο κοινοποιῶν αὐτὰ καὶ μικρὰ ποιῶν κτλ.*[4] Andocides de myst. 29 cum ad alios tum ad Diagoram spectat, cum dicit: . . . *λόγους εἶπον ὡς*

---

[1] Sopatrum ipsa legis verba afferre probabile est ex similibus aliorum rhetorum locis; cf. Auctor ad Herennium I 13, 23 et prolegomena Marxii p. 107.

[2] Eandem controversiam paucis verbis ponit C. Chirii Fortunatiani ars rhetorica I 14 p. 91, 23 sqq. Halm.: . . . „qui non initiatus sacra enuntiaverit, capite plectatur; non initiatus sacra vidit in somnio, rettulit ei, qui fuerat initiatus: ille ait, haec sunt sacra. Petitur ad poenam et contra dicit“ eqs. (Lobeck, Agl. 188 n. i).

[3] De Diagora cf. Wilamowitz *Textgeschichte der griech. Lyriker.* Abh. der Gött. Ges. d. Wiss. Phil.-histor. Klasse N. F. IV 3 (1900) 80—84.

[4] Cf. etiam schol. in Aristoph. Nub. 830, Ran. 320. De libro quo Diagoras mysteria vulgasse dicebatur, cui titulus *Φρύγιοι λόγοι* impositus erat, cf. Cam. Hontoir *Comment Clément d' Alexandrie a connu les mystères d'Éleusis,* Musée Belge IX (1905) 180—188; sed rectius libellum illum Diagorae postea subditum esse statuit Wilamowitz l. s. c. p. 84 et n. 1.

*πρότερον ἑτέρων ἁμαρτόντων καὶ ἀσεβησάντων περὶ τὼ θεώ. οἷα ἕκαστος αὐτῶν ἔπαθε καὶ ἐτιμωρήθη.* Qui dearum secretum violaverat, eum tamquam nefarium ab omnibus vitatum esse testatur Horatius, qui cum mercedem „fideli silentio" praestandam praedicaret, statim recordatus silentii Eleusinii dixit (carm. III 2, 25 sqq.): „Vetabo, qui Cereris sacrum volgarit arcanae, sub isdem sit trabibus fragilemque mecum solvat phaselon." In universum quanti cives Athenienses cultum Eleusinium aestimaverint, ostendit Isocrates de iugo 6: Alcibiadem inimici profanatorum mysteriorum accusaverunt *εἰδότες τὴν πόλιν τῶν μὲν περὶ τοὺς θεοὺς μάλιστ' ἂν ὀργισθεῖσαν, εἴ τις εἰς τὰ μυστήρια φαίνοιτ' ἐξαμαρτάνων, τῶν δ' ἄλλων εἴ τις τὴν δημοκρατίαν τολμῴη καταλύειν* [1].

Magna propterea religione et reverentia silentium sacrum servabant. Causa Alcibiadis cum ad res mysticas spectaret, coram solis initiatis acta est (Andoc. de myster. 12 *ἔδοξε τοῖς πρυτάνεσι τοὺς μὲν ἀμυήτους μεταστήσασθαι, αὐτοὺς δὲ κτλ.*). Augustus quoque imperator „Athenis initiatus, cum postea Romae pro tribunali de privilegio sacerdotum Atticae Cereris cognosceret et quaedam secretiora proponerentur, dimisso consilio et corona circumstantium solus audiit disceptantes" (Suet.Aug. 93). Sopater l. s. c. saepius admonet, ne quid reus vel invitus de mysteriis prodat: *Πάντα δὲ σπούδαζε παρακεκαλυμμένως λέγειν, μὴ λάθῃς ἐν τῷ καθίστασθαι ἐξαγορεύων τι τῶν μυστηρίων* (114, 6 sqq.). *Αὐτὰ τὰ μυστήρια διατυπώσεις γὰρ καὶ ἐρεῖς. οὐδὲν ἀποκαλύπτων ὁμοίως τῶν μυστικῶν* (123, 19 sq.). Quin etiam mystae mori quam arcana prodere malebant, teste Gregorio Naz., qui or. 27 p. 491 (PG 36, 16 BC) disputantes secum ita hortatur: *Ἐκεῖνό γε συμβῶμεν ἀλλήλοις, μυστικῶς τὰ μυστικὰ φθέγγεσθαι καὶ ἁγίως τὰ ἅγια καὶ μὴ ῥίπτειν εἰς βεβήλους ἀκοὰς τὰ μὴ ἔκφορα, μηδὲ σεμνοτέρους ἀποφαίνωμεν τοὺς προσκυνοῦντας τοῖς δαιμονίοις καὶ τῶν αἰσχρῶν μύθων καὶ πραγμάτων θεραπευτάς, οἳ θᾶττον ἂν τοῦ αἵματος ἢ λόγων ἔστιν ὧν μεταδοῖεν τοῖς ἀμυήτοις.* Quae verba cum ad omnia mysteria spectent, ad Eleusinia quoque referri possunt.

Iam quaeramus, quaenam res mystis silentio tegendae fuerint. Legenti libros Graecorum notum est

[1] Cf. etiam Aristoph. Vesp. 376—8 cum schol.

omnes Eleusine initiatos libero ore professos esse certam melioris post mortem sortis spem, quam initiatione se assecutos esse persuasum habebant. Hanc felicitatem ipse hymnus Homericus pollicetur v. 480—482:

*Ὄλβιος, ὃς τάδ' ὄπωπεν ἐπιχθονίων ἀνθρώπων·*
*ὃς δ' ἀτελὴς ἱερῶν, ὅς τ' ἄμμορος, οὔποθ' ὁμοίην*
*αἶσαν ἔχει φθίμενός περ ὑπὸ ζόφῳ ἠερόεντι.*

Testimonia, quae collegerunt Lobeck, Agl. 69 sqq., Rohde *Psyche* I 290, Foucart *Les myst. d'Él.* 362 sqq., haec sunt: Pindar. fr. 137 Schroeder.; Sophocles fr. 753 N.; Plato Phaed. 69 C.[1], Gorg. 493 B, Resp. 363 CD, 365 A; Isocrates panegyr. 28; Crinagoras AP XI 42; Aristides Eleus. II 30 sq. Keil., Panathen. I 302 Dindorf.; Proclus in Remp. Plat. 616 AB II 185, 10 sqq. Kroll.; Cicero de leg. II 14, 36. Addo Aristoph. Ran. 154 sqq. et chorum mystarum eiusdem fabulae v. 454 sqq. In statua Glauci hierophantae (saec. II p. C.) cum alia tum haec scripta inveniuntur (*Ἐφ. ἀρχ.* 1883, 81):

*Ἦ καλὸν ἐκ μακάρων μυστήριον, οὐ μόνον εἶναι*
*τὸν θάνατον θνητοῖς οὐ κακόν, ἀλλ' ἀγαθόν.*

Ab aliis quibus persuasum erat vitam post mortem a rebus in hac vita bene vel male gestis pendere, mystis praecipuus certe locus apud inferos attributus est. Velut Axiochi dialogi scriptor postquam bonorum futuram beatitudinem descripsit, 371 D habet: *Ἐνταῦθα τοῖς μεμυημένοις ἐστίν τις προεδρία, καὶ τὰς ὁσίους ἁγιστείας κἀκεῖσε συντελοῦσιν.* Et Diogenes cynicus *ἀξιούντων Ἀθηναίων μυηθῆναι αὐτὸν καὶ λεγόντων ὡς ἐν ᾅδου προεδρίας οἱ μεμυημένοι τυγχάνουσι, γελοῖον, ἔφη, εἰ Ἀγησίλαος μὲν καὶ Ἐπαμεινώνδας ἐν τῷ βορβόρῳ διάξουσιν, εὐτελεῖς δέ τινες μεμυημένοι ἐν ταῖς μακάρων νήσοις ἔσονται* (Diog. L. VI 39; cf. Iulian. imper. or. 7, 238 sq.).

Similiter Polygnotus celeberrima illa pictura Delphica mysteriorum cultores inter beatos effinxit (Pausan. X 28, 3) et *τῶν τὰ δρώμενα τὰ Ἐλευσῖνι ἐν οὐδενὸς θεμένων λόγῳ* umbras,

[1] Quae hic de non initiatis limo demersis dicuntur, ex mysteriis Orphicis originem duxerunt (Rohde *Ps.* I 313; Wobbermin l. s. c. 54), sed postea ad Eleusinia translata sunt, ut docent Diog. L. VI 39 (paullo post afferendus) et Aristides Eleus. II 30 sq. Keil.: *Καὶ οὐκ ἐν σκότῳ τε καὶ βορβόρῳ κεισομένους, ἃ δὴ τοὺς ἀμυήτους ἀναμένει.*

ad quas adscripsit *εἶναι σφᾶς τῶν οὐ μεμυημένων*, simul cum impiis puniri penicillo narravit (ibid. X 31, 9. 11).

Cum de spe vitam beatam post mortem adipiscendi libere loqui fas esset, de a r g u m e n t i s q u i b u s i l l a s p e s n u t r i e b a t u r non eadem libertate usi sunt mystae.

Haec argumenta non hausta esse ex abscondita quadam doctrina theologica probavit Lobeck, Agl. 140 sq., auctore allato Clemente Al. strom. V § 70, 7: *Οὐκ ἀπεικότως ἄρα καὶ τῶν μυστηρίων τῶν παρ' Ἕλλησιν* (ergo etiam Eleusiniorum) *ἄρχει μὲν τὰ καθάρσια, καθάπερ καὶ τοῖς βαρβάροις τὸ λουτρόν. Μετὰ ταῦτα δ' ἐστὶ τὰ μικρὰ μυστήρια διδασκαλίας τινὰ ὑπόθεσιν ἔχοντα καὶ προπαρασκευῆς τῶν μελλόντων, τὰ δὲ μεγάλα περὶ τῶν συμπάντων, οὗ μανθάνειν οὐκέτι ὑπολείπεται, ἐποπτεύειν δὲ καὶ περινοεῖν τήν τε φύσιν καὶ τὰ πράγματα.* Ergo quamquam minora mysteria fundamenta quaedam instructionis iecisse concedendum est, maiora certe nullam doctrinam praebuerunt initiandis. Sed et illa scientia quam minora mysteria tradebant potius ad caerimonias ritusque sacros pertinuisse videtur, qua mystae „praepararentur“ ad ipsam initiationem. Idem dixit Aristoteles teste Synesio (Dio 10, PG 46, 1133 sq.): *Ἀριστοτέλης ἀξιοῖ τοὺς τετελεσμένους οὐ μαθεῖν τι δεῖν, ἀλλὰ παθεῖν καὶ διατεθῆναι δηλονότι γινομένους ἐπιτηδείους.* Mysteria non esse talia, ut argumentis rationi humanae se insinuent, docent Plutarchus de def. orac. 22 p. 422 C *Ταῦτα περὶ τούτων μυθολογοῦντος ἤκουον ἀτέχνως καθάπερ ἐν τελετῇ καὶ μυήσει, μηδεμίαν ἀπόδειξιν τοῦ λόγου μηδὲ πίστιν ἐπιφέροντος* et Galenus De usu partium II 448, 7 Helmreich. de Eleusiniis et Samothraciis disserens *Ἀμυδρὰ . . . ἐκεῖνα πρὸς ἔνδειξιν ὧν σπεύδει διδάσκειν·*[1] *ἐναργῆ δὲ τὰ τῆς φύσεως κτλ.*

Ergo non errabimus dicentes silentium sacrum non ad theologiam quandam pertinuisse, cum numquam de doctrina quae vere dici possit sermo fiat. Attamen alias res silentio tegendas fuisse non pauci sunt testes.

Auctores ubi in universum loquuntur, ipsa „m y s t e r i a“

---

[1] Hic scriptorem mysticum Christianum conferre liceat, Dionysium dico q. d. Areopagitam ep. 9, 1 de *ῥητῷ* et *ἀρρήτῳ* disputantem: *Καὶ τὸ μὲν π ε ί θ ε ι καὶ καταδεῖται τῶν λεγομένων τὴν ἀ λ ή θ ε ι α ν, τὸ δὲ δρᾷ καὶ ἐνιδρύει τῷ θεῷ ταῖς ἀ δ ι δ ά κ τ ο ι ς μυσταγωγίαις.*

silentio premenda esse dicunt. Hymnus Homericus ὄργια καλά taceri iubet; item Lucianus de saltat. 15: Τὰ ὄργια σιωπᾶν ἄξιον, τῶν ἀμυήτων ἕνεκα. Sopater l. s. c. p. 111, 20: Νόμος τὸν ἐξειπόντα τὰ μυστήρια τεθνάναι [1].

Sed inde non efficitur omnia quaecumque et quocumque modo ad mysteria spectabant silendi legi subiecta fuisse. Distinguuntur enim ea, quae solis initiatis scire convenit, ab iis quae profanos quoque impune audire licet. Velut Pausanias I 14, 2 dicit: Πρόσω δὲ ἰέναι με ὡρμημένον τοῦδε τοῦ λόγου καὶ ὁπόσα ἐξήγησιν † ἔχει τὸ Ἀθήνησιν ἱερόν, καλούμενον δὲ Ἐλευσίνιον, ἐπέσχεν ὄψις ὀνείρατος· ἃ δὲ ἐς πάντας ὅσιον γράφειν, ἐς ταῦτα ἀποστρέψομαι [2]. Aelian. fr. 44 Hercher. haec tradit: Quando Battus τῆς Θεσμοφόρου τὰ μυστήρια ἐγλίχετο μαθεῖν . . . αἱ ἱέρειαι . . . τῶν μὲν ἀπορρήτων καὶ ἃ μὴ ἰδεῖν λῷον ἦν, τούτων οὐκ ἐκοινώνουν οἱ· τῶν δὲ πρώτων καὶ ἐξ ὧν οὔτε τοῖς θεασαμένοις οὔτε τοῖς δείξασιν ἔμελλέ τι ἀπαντήσεσθαι δεινόν, παρεῖχόν οἱ βλέπειν ταῦτα. Apertius etiam Libanius scripsit orat. Corinth. 19: Ἐπεὶ δὲ μυστηρίων ἐμνημόνευσα, βούλομαί τι τῶν ἐντεῦθεν εἰπεῖν. Ἔστι δὲ οὐ τῶν ἀπορρήτων ὃ μέλλω λέγειν· οὗτοι γὰρ τά τ' ἄλλα καθαροῖς εἶναι τοῖς μύσταις ἐν κοινῷ προαγορεύουσιν, οἷον τὰς χεῖρας, τὴν ψυχήν, τὴν φωνὴν Ἕλληνας εἶναι, καὶ ἰδίᾳ πάλιν τὸ „εἰ τοῦ καὶ τοῦ σίτου [3] ἐγεύσω, οὐ καθαρὸς πάρει“ κτλ. Ergo certa praecepta, quae puritatem ritibus et lustrationibus acquirendam postulabant, omnibus nota erant, cum ante initiationem ea servari oporteret. Fortasse cum Lobeckio Agl. 191 huc trahendus est locus Senecae ep. 95, 64: „Idem dicere de praeceptis possum: aperta sunt, decreta vero sapientiae in abdito. Sicut sanctiora sacrorum tantum initiati sciunt, ita in philosophia arcana illa admissis receptisque in sacra ostenduntur, at praecepta et alia eiusmodi profanis quoque nota sunt“.

---

[1] De Theocr. 26, 13sq. et Catull. 64, 260 cf. infra p. 17 n. 1.

[2] Cf. IX 25, 6. — Ad placita Christiana hanc distinctionem transtulit Gregor. Naz. or. 40 p. 728 (PG 36, 425 A): Ἔχεις τοῦ μυστηρίου τὰ ἔκφορα καὶ ταῖς τῶν πολλῶν ἀκοαῖς οὐκ ἀπόρρητα· τὰ δὲ ἄλλα κρύψεις παρὰ σεαυτῷ κτλ.

[3] Ita ed. Foerster. VI 20, 11, non recte, ut probavit A. Brinkmann M. Rh. LXIX (1914) 263; σίτου καὶ τὸ μὴ σίτου libri; εἰ τοῦ καὶ τοῦ ἢ καὶ τοῦδε Lobeck, Agl. 190.

Attamen causae huius abstinentiae solis mystis apertae erant. Clemens enim Al. strom. II § 106 *ἐντεῦθεν*, inquit, *οἶμαι καὶ ⟨τὸν εὑρόντα⟩ τὰς τελετὰς οὐ μόνον τινῶν ζῴων ἀπαγορεύειν ἅπτεσθαι, ἀλλ' ἔστιν ἃ καὶ τῶν καταθυομένων ὑπεξείλετο τῆς χρήσεως μέρη, δι' αἰτίας ἃς ἴσασιν οἱ μύσται.* Haec de Eleusiniis quoque dicta esse ostendit Th. Wächter *Reinheitsvorschriften im griech. Kult* (= Religionsgesch. Versuche u. Vorarb. IX 1, 1911) 96 et praecipue 103 (ubi fabae[1] commemorantur), quem secutus est Foucart *Myst. d'Él.* 284—6.

Praeterea nonnulla quae ad res a dis gestas pertinebant mystis solis aperiebantur[2]. Isocrates panegyr. 28: *Δήμητρος ἀφικομένης εἰς τὴν χώραν ἡμῶν, ὅτε ἐπλανήθη τῆς Κόρης ἁρπασθείσης καὶ πρὸς τοὺς προγόνους τοὺς ἡμετέρους εὐμενῶς διατεθείσης ἐκ τῶν εὐεργεσιῶν, ἃς οὐχ οἷόν τ' ἄλλοις ἢ τοῖς μεμυημένοις ἀκούειν.* Ergo beneficia, quibus incolae Eleusinii deam errabundam affecerant, non initiatis abscondebantur. Iure tamen mihi videor addere: abscondebantur res a dis gestae, quatenus in teletis agebantur, non quatenus ad historiam fabularem pertinebant et a poetis cantabantur. Hanc distinctionem disertis verbis Iulianus imper. or. 5, 169 A de mysteriis Matris deum disputans indicat: *Εἶθ' ἑξῆς γίνεται τὰ λοιπά, τὰ μὲν διὰ τοὺς μυστικοὺς καὶ κρυφίους θεσμούς, τὰ δὲ καὶ ῥηθῆναι πᾶσι δυναμένους· ἡ δὲ ἐκτομὴ τοῦ δένδρου — τοῦτο δὲ τῇ μὲν ἱστορίᾳ προσήκει τῇ περὶ τὸν Γάλλον, οὐδὲν δὲ τοῖς μυστηρίοις — κτλ.* Ergo de his libere licet discurrere, sicut facit imperator[3].

---

[1] Fabas edendi interdictum Eleusiniis cum communi Graecorum opinione religiosa commune fuisse videtur; cf. L. Malten *Archiv für Religionswissenschaft* XII (1909) 443 n. 3 et R. Wünsch *Frühlingsfest der Insel Malta* 1902, 33sq.

[2] Cf. Lobeck, Agl. 131—3. Theocrit. 3, 50: *Ἰασίωνα, ὃς τοσσῆν' ἐκύρησεν, ὅσ' οὐ πευσεῖσθε βέβαλοι.* Callimach. Aet. Oxyrh. Pap. VII 25 v. 4 sqq. cum res quasdam a Iunone gestas narrare coepisset, ipse se interpellat his verbis: *Κύον, κύον, ἴσχεο, λαιδρὲ θυμέ, σύ γ' ἀείσῃ καὶ τά περ οὐχ ὁσίη. Ὤναο κάρθ' ἕνεκ' οὔ τι θεῆς ἴδες ἱερὰ φρικτῆς, ἐξ ἂν ἐπεὶ καὶ τῶν ἤρυγες ἱστορίην.*

[3] Cf. etiam C. F. Hermann *Gottesdienstliche Altertümer der Griechen*[2] 1858 § 32 n. 15 et 16. Forsitan hoc modo explicandus sit Diodorus V 77: *Τήν τε γὰρ παρ' Ἀθηναίοις ἐν Ἐλευσῖνι γινομένην τελετήν, ἐπιφανεστάτην σχεδὸν οὖσαν ἁπασῶν, καὶ τὴν ἐν Σαμοθρᾴκῃ καὶ τὴν ἐν Θρᾴκῃ ἐν τοῖς*

Agebantur vero cum in ceteris Graecorum orgiis tum Eleusine res gestae deorum. Ideo Gregorius Naz. or. 39 (PG 36, 337) paganos interrogat: *Οὐ Κόρη τις ἡμῖν (παρ' ὑμῖν* Lobeck, Agl. 199) *ἁρπάζεται ἢ Δημήτηρ πλανᾶται . . . καὶ τὰ μὲν ποιεῖ τὰ δὲ πάσχει; αἰσχύνομαι γὰρ ἡμέρᾳ δοῦναι τὴν νυκτὸς τελετὴν καὶ ποιεῖν τὴν ἀσχημοσύνην μυστήριον. Οἶδεν Ἐλευσὶς ταῦτα καὶ οἱ τῶν σιωπωμένων καὶ σιωπῆς ὄντως ἀξίων ἐπόπται* Propterea caerimoniae sacrae vocabantur *τὰ δρώμενα.* Clemens Al. protr. § 12, 2: *Δηὼ δὲ καὶ Κόρη δρᾶμα ἤδη ἐγενέσθην μυστικόν, καὶ τὴν πλάνην καὶ τὴν ἁρπαγὴν καὶ τὸ πένθος αὐταῖν Ἐλευσὶς δᾳδουχεῖ.* Qui agebat, *ποιεῖν τὰ μυστήρια* dicebatur. Alcibiades quod hoc modo mysteria profanasset accusatus est teste Andocide de myst. § 11: *Ἀλκιβιάδην δὲ τὸν στρατηγὸν ἀποδείξω ὑμῖν τὰ μυστήρια ποιοῦντα ἐν οἰκίᾳ μεθ' ἑτέρων, καὶ ἐὰν ψηφίσησθε ἄδειαν, ᾧ ἐγὼ κελεύω, θεράπων ὑμῖν ἑνὸς τῶν ἐνθάδε ἀνδρῶν ἀμύητος ὢν ἐρεῖ τὰ μυστήρια . . .* 12 . . . *ὅτι ἐν τῇ οἰκίᾳ τῇ Πουλυτίωνος γίγνοιτο μυστήρια· Ἀλκιβιάδην μὲν οὖν καὶ Νικιάδην καὶ Μέλητον, τούτους μὲν αὐτοὺς εἶναι τοὺς ποιοῦντας, συμπαρεῖναι δὲ καὶ ὁρᾶν τὰ γιγνόμενα καὶ ἄλλους, παρεῖναι δὲ καὶ δούλους . . .* 15 *Τεῦκρος . . . ἐπαγγέλλεται τῇ βουλῇ . . . μηνύσειν περί τε τῶν μυστηρίων, συνεργὸς ὤν, καὶ*

---

*Κίκοσι . . . μυστικῶς παραδίδοσθαι· κατὰ δὲ τὴν Κρήτην ἐν Κνωσῷ νόμιμον ἐξ ἀρχαίων εἶναι φανερῶς τὰς τελετὰς ταύτας πᾶσι παραδίδοσθαι καὶ τὰ παρὰ τοῖς ἄλλοις ἐν ἀπορρήτῳ παραδιδόμενα παρ' αὐτοῖς μηδένα κρύπτειν κτλ.*, ut fabulae in mysteriis repraesentatae, non ipsa mysteria omnibus nota fuerint. Huc spectat etiam Diodor. III 61: *Οὐ θέμις τοῖς ἀμυήτοις ἱστορεῖν τὰ κατὰ μέρος*; V 49: *Καὶ τὰ μὲν κατὰ μέρος τῆς τελετῆς ἐν ἀπορρήτοις τηρούμενα μόνοις παραδίδοται τοῖς μυηθεῖσι.* Cf. Anrich l. s. c. 32. Nonnulli loci Plutarchi huc spectantes infra c. III afferentur. Fortasse hac de causa Callimachus Aet. Oxyrh. Pap. VII 25 v. 7 ita scribit: *Ἐξ ἂν ἐπεὶ καὶ τῶν* (i. e. *τῶν ἱερῶν*) *ἤρυγες ἱστορίην*, quamquam v. 6 *θεῆς ἱερὰ φρικτῆς* commemorat. Aelian. fr. 43 Hercher.: *Οὐ γάρ τί που παραπλήσιον ἢ μυστηρίων ἱστορίαν ἢ τὴν Περσεφόνην ἐθελῆσαι ἁρπάσαι αὐτήν;* Recte igitur M. Dibelius *Die Isisweihe bei Apuleius und verwandte Initiationsriten*, Heidelb. Sitzungsber. 1917, 4, p. 15 dicit: Eine kurze Erzählung der Kultsage ist auch vor Uneingeweihten erlaubt; nur die Einzelheiten, vor allem die in den Mysterien gezeigten heiligen Gegenstände und Handlungen, gilt es vor profanen Blicken zu schützen. — Pictores etiam, quamquam eorum ars saepe circa res Eleusinias versatur, numquam ipsius teletae partem accurate exprimunt; cf. J. N. Svoronos *Journal internat. d'archéologie numismatique* IV (1901) 183 sq.; O. Kern *Eleus. Beiträge* (1909) 8; 11,

τοὺς ἄλλους τοὺς ποιοῦντας μεθ' ἑαυτοῦ . . . 16 μυστήρια ποιεῖν Ἀλκιβιάδην κτλ. Ergo hi agunt, illi spectant.

Monstrantur quoque res quaedam sacrae et verba adduntur. Plutarch. Alcib. 25: Θεσσαλὸς Κίμωνος . . . Ἀλκιβιάδην . . . εἰσήγγειλεν ἀδικεῖν περὶ τὼ θεὼ ἀπομιμούμενον τὰ μυστήρια καὶ δεικνύοντα τοῖς αὑτοῦ ἑταίροις ἐν τῇ οἰκίᾳ τῇ ἑαυτοῦ ἔχοντα στολὴν οἵανπερ ἱεροφάντης ἔχων δεικνύει τὰ ἱερά, καὶ ὀνομάζοντα αὑτὸν μὲν ἱεροφάντην, Πολυτίωνα δὲ δᾳδοῦχον, κήρυκα δὲ Θεόδωρον Φεγγέα, τοὺς δὲ ἄλλους ἑταίρους μύστας προσαγορεύοντα καὶ ἐπόπτας κτλ. Ps.-Lysias adv. Andocidem 51 reum arguit: Οὗτος γὰρ ἐνδὺς στολήν, μιμούμενος τὰ ἱερὰ ἐπεδείκνυε τοῖς ἀμυήτοις καὶ εἶπε τῇ φωνῇ τὰ ἀπόρρητα. Ergo praeter τὰ δρώμενα etiam τὰ δεικνύμενα et τὰ λεγόμενα silentii fide tegenda fuerunt [1].

Ad res sacras mystis tantum monstrandas ipsum quoque fanum Eleusinium quodammodo pertinuit; nam ne in hoc quidem ingredi profanis fas erat. Ideo Pausanias somnio admonitus est, ne describeret τὰ ἐντὸς τοῦ τείχους τοῦ ἱεροῦ, quia profani θέας εἴργονται (I 38, 7). Soli mystae aras in fano positas viderunt, ut testatur Arrian. Anab. III 16, 8: Ὅστις μεμύηται ταῖν θεαῖν ἐν Ἐλευσῖνι, οἶδε τοῦ Εὐδανέμου τὸν βωμὸν ἐπὶ τοῦ δαπέδου ὄντα. At iuvenes Acarnanes supra memorati, cum „templum Cereris“ non initiati intravissent, „tamquam ob nefandum scelus interfecti sunt“. Aelius Aristides in eos, qui templum Eleusinium destruxerant, in hunc modum invehitur (or. Eleus. II 31 Keil.): Ὦ τὰ ἄφαντα φήναντες. Proclus memoriae tradidit Eleusine edictum propositum fuisse, quo non initiati templum ingredi vetarentur (in Alcib. I 11 Cousin.) [2]: Ὡς γὰρ τοῖς εἰς τὸ τῶν Ἐλευσινίων τέμενος εἰσιοῦσιν ἐδηλοῦτο τὸ πρόγραμμα μὴ χωρεῖν εἴσω τῶν ἀδύτων ἀμυήτοις οὖσι καὶ ἀτελέστοις, οὕτω κτλ. [3]. Iulianus imper. (or. 7, 239 C) verbis:

---

[1] De rebus sacris in calatho Eleusiniorum Alexandrinorum absconditis cf. Callimachi hymn. in Cererem v. 2—4: Τὸν κάλαθον κατιόντα χαμαὶ θασεῖσθε βέβαλοι μηδ' ἀπὸ τῶ τέγεος μηδ' ὑψόθεν αὐγάσσησθε; cf. Wilamowitz *Reden und Vorträge* [3] 1913, 294; de „orgiis“, quae sunt res sacrae cistis mysticis occultatae, mysteriorum Bacchicorum cf. Theocrit. 26, 13 sq. et Catull. 64, 260.

[2] Creuzeri editio hoc loco (p. 5) corrupta est.

[3] Cf. Lex Andaniensis (Ziehen, Leg. sacr. 58) § 7.

*Εἴσω τῶν ἱερῶν εἰσφρήσωσι περιβόλων* idem significat quod est *μυεῖσθαι*[1].

Sacra cum agerentur vel monstrarentur, formulis quibusdam sacris accuratius explicabantur. Locum Ps.-Lysiae supra commemoravimus, ubi reus *μιμούμενος τὰ ἱερὰ ἐπεδείκνυε τοῖς ἀμυήτοις καὶ εἶπε τῇ φωνῇ τὰ ἀπόρρητα* i. e. formulas sacras[2]. Sopater quoque l. saepius all. p. 123 verborum hierophantae mentionem facit: *Ἂν τῶν ἱεροφάντου ῥήσεων αἴσθωμαι κτλ.* Ultimo mysteriorum die, qui vocabatur *αἱ Πλημοχόαι*, pronuntiatam esse *ῥῆσιν μυστικήν* narrat Athenaeus II 496 A.

[1] De vocibus *ἐμβατεύειν, εἰσέρχεσθαι*, pervadere = *μυεῖσθαι* cf. M. Dibelius l. s. p. 16 c. p. 35 et 43; ibid. 20: *Schon das Betreten des heiligen Ortes unter Führung des Mystagogen ist ein Teil der Initiation.* Saepissime verba *εἴσω τῶν ἱερῶν περιβόλων εἶναι* vel sim. idem valent quod est ad sacra admissum esse. Testimonia quae sequuntur mihi suppeditavit Aug. Brinkmann. Philo de fuga et inv. § 81: *Βαινέτωσαν ἔξω περιρραντηρίων*; de Abrah. § 128: *Ἐντὸς εἴλεῖται θείων περιβόλων.* Heraclit. quaest. Homer. 3 p. 4, 14: *Ἡμεῖς δ' οἱ τῶν ἀβεβήλων ἐντὸς περιρραντηρίων ἡγνίσμεθα.* Herm. Trismeg. Stob. I p. 400, 9 W.: *Ἐνδοτέρω τῶν ἱερῶν ἀδύτων.* Plotin. I 6, 8: *Πῶς τις θεάσεται κάλλος ἀμήχανον οἷον ἔνδον ἐν ἁγίοις ἱεροῖς μένον οὐδὲ προιὸν εἰς τὸ ἔξω, ἵνα τις καὶ βέβηλος ἴδῃ; ἴτω δὴ καὶ συνεπέσθω εἰς τὸ εἴσω ὁ δυνάμενος.* Synesius ep. 72: *Μένειν εἴσω τῶν περιβόλων τῶν ἱερῶν.* Iulianus Caesares 313 A: *Πόρρω που τῶν ἱερῶν ἀπηλαύνετο περιβόλων.* Damasc. v. Isidori 35 (in Cobeti edit. Diog. Laert.): *Εἴσω τῶν ἀδύτων.* Macarius Magnes 195, 18 Blondel.: *Τῆς ἀθανασίας ἔνδον τῶν περιβόλων οὖσα.* Io. Chrysost. de S. Babyla c. 17 med.: *Τῶν ἱερῶν εἴσω περιβόλων ἦν.* Method. conviv. VI 3, 139 p. 67, 2 Bonwetsch.: *Τῶν ἱερῶν ἔξω περιβόλων ἀποκλεισθείσας.* Cyrillus (?) apud Suid. II 2, 861, 7 Bernh.: *Ἱερῶν περιβόλων μακρὰν ἀποιχέσθωσαν.* Vita S. Leonis Magni Anal. Boll. XXIX 407, 17: *Τῶν θείων περιβόλων πόρρωθεν αὐτοὺς ἐξελαύνει.* Ignatius v. Nicephori patriarchae Cpol. p. 196, 1 de Boor.: *Ἔξω τῶν θείων περιβόλων γενέσθαι.* Gennadius patr. Constantinopol. dial. cum Iud. ed. A. Jahn, Anecd. gr. theol. p. 46, 13: *Τῶν ἀδύτων ἔνδον τῶν ἱερῶν γενόμενον.* Haec tamen testimonia non omnia ad sacra m y s t i c a referri debent, cum ad alia quoque sacra non quilibet admitteretur; cf. [Lysias] adv. Andoc. 52: *Ἔτι δὲ παρελθὼν τὸν νόμον, ὃν ὑμεῖς ἔθεσθε, εἴργεσθαι τῶν ἱερῶν αὐτὸν ὡς ἀλιτήριον ὄντα, ταῦτα πάντα βιασάμενος εἰσελήλυθεν ἡμῶν εἰς τὴν πόλιν καὶ ἔθυσεν ἐπὶ τῶν βωμῶν ὧν οὐκ ἐξῆν αὐτῷ καὶ ἀπήντα τοῖς ἱεροῖς περὶ ἃ ἠσέβησεν, εἰσῆλθεν εἰς τὸ Ἐλευσίνιον* (i. e. templum Atheniense), *ἐχερνίψατο ἐκ τῆς ἱερᾶς χέρνιβος.* — De sanctuario Cereris Alexandrino cf. Callimachi hymn. in Cererem v. 128 sq.: *Μέσφα τὰ τᾶς πόλιος πρυτανήια τὰς ἀτελέστως, τὰς δὲ τελεσφορέας ποτὶ τὰν θεὸν ἄχρις ὁμαρτεῖν.*

[2] Cf. Rohde *Ps.* I 289 n. 1.

At praeter formulas sacras a sacerdotibus recitandas fuerunt etiam quae dicebantur symbola a mystis pronuntianda, quae a Christianis demum scriptoribus patefacta sunt[1]; *δεῖ γὰρ*, scribit Clemens Al. protr. § 22, 4, *ἀπογυμνῶσαι τὰ ἅγια αὐτῶν καὶ τὰ ἄρρητα ἐξειπεῖν.* Idem paullo ante (21, 2): *Κἄστι*, inquit, *τὸ σύνθημα Ἐλευσινίων μυστηρίων· ἐνήστευσα, ἔπιον τὸν κυκεῶνα, ἔλαβον ἐκ κίστης, ἐργασάμενος*[2] *ἀπεθέμην εἰς κάλαθον καὶ ἐκ καλάθου εἰς κίστην*[3]. De quibus symbolis, quae verbis obscuris de industria uti videntur, accuratius agere cum non sit nostri instituti, sufficiat paucis indicasse, ad quasnam res silentii sacri disciplina pertinuerit. Ex quibus id quidem, quod est summi momenti, efficitur: silentium mysticum non qualemcumque theologiam, sed actiones ritusque sacros cultus mystici texisse.

Causam silentii primitus fuisse metum, ne peregrinis sacra gentilicia nota fierent, optime demonstravit Lobeckius, Aglaoph. 270—282. Ab initio enim unaquaeque familia vel gens suum habuit cultum proprium, ad quem admitti quemquam non gentilicium fas non erat, cum vehementer timerent homines, ne cultu deorum domesticorum vel gentiliciorum rituque ad eos placandos apto evulgatis praesidium et beneficia eorum in alios transferrentur[4]. Dearum quoque Eleusiniarum

---

[1] Dibelius qui l. s. c. 17 sq. symbola coram non initiatis proferri potuisse contendit, non reputavit symbolum, quo mystae inter se agnoscant, si omnibus notum fiat, non iam esse symbolum (ut ipse ait p. 12).

[2] *ἐγγευσάμενος* Lobeck, Agl. 25, 27. Lectionem traditam perperam defendunt Dieterich *Eine Mithrasliturgie* 125 sq. et Körte *Archiv f. Religionswiss.* XVIII 116 sqq. Kern ib. XIX 433 n. 1. A. Rutgers van der Loeff (Mnemosyne XLV [1917] 361 sqq.) cum Döllingero *Heident. und Christent.* 168 legit *ἐργ. ἔριον*. Cum calathum ab Eleusiniis Atticis alienum fuisse probabile sit (Pringsheim *Archäol. Beiträge z. Gesch. des eleus. Kults.* Diss. Bonn. 1905, 49 et Wilamowitz *Reden und Vorträge*[3] 1913, 275), symboli forma a Clemente et Arnobio tradita ad Eleusinia Alexandrina videtur pertinuisse.

[3] Arnobius adv. nat. V 26 idem symbolum Latinis verbis reddit.

[4] Cf. locus gravissimus Plut. Aet. Rom. 61 p. 278 F—279 A (coll. Plin. NH III 65). Hanc opinionem de publicis quoque sacrificiis valuisse apparet ex [Demosth.] contra Neaer. 73: *Καὶ αὕτη ἡ γυνὴ ἔθυε τὰ ἄρρητα ἱερὰ ὑπὲρ τῆς πόλεως, καὶ εἶδεν ἃ οὐ προσῆκεν αὐτὴν ὁρᾶν ξένην οὖσαν.* Cf. etiam H. Schmidt, Veteres philosophi quomodo iudicaverint de precibus (*Religionsgesch. Vers. u. Vorarb.* IV 1. 1907) p. 59. Goblet d'Alviella,

(sicut in universum deorum inferorum) cultum a principio gentilicium fuisse vel ex eo apparet, quod initiandi a sacerdotibus ex solis Eumolpidarum et Cerycum familiis oriundis in gentem dearum cultui deditam recipiebantur ritu quodam adoptionis et nuptiarum ritui simillimo.

Sed hanc silendi causam non sufficere ad silentium mysticum Eleusinium quale postea fuerit explicandum facile perspicitur. Quamquam enim rituum sacrorum notitia non iam intra unius familiae vel gentis fines continebatur, sed omnes linguam Graecam callentes, quin Romani quoque ad mysteria admittebantur, tamen silentium tantum aberat ut aboliretur, ut officiosius servaretur. Praeterea etiamsi cultus ille Cereris et Proserpinae ab initio e diversis sacris constabat, non tam a cultu dearum quolibet quam a mysteriis tacendi praeceptum repetebatur, et cum de secretis caerimoniis aliorum quam plurimorum numinum vix sermo fiat, silentium Eleusinium celeberrimum fuit et quasi in proverbium abiit. Aliam igitur sibi de causa silentii finxerint opinionem Graeci necesse est, quae investiganda nobis erit, cum non originem silentii veram, sed Graecorum de illo opiniones scire nostra intersit.

Qua de re quaerenti veteres auctores vix umquam respondent. Nam philosophorum opiniones, quas postea tractabimus, ad explicandum cultum popularem adhibere nisi summa cum cautione non licet, cum suas ipsorum sententias populi religionibus imputare soliti sint.

Nec tamen plane desunt, e quibus aliquatenus pateat, quid Graeci de silentii mystici natura et causa opinati sint.

Unica silentii Eleusinii causa in hymno in Cererem Homerico indicatur haec (v. 476 sqq.):

*ὄργια καλὰ . . . .*
*σεμνά, τά τ' οὔ πως ἔστι παρέξιμεν οὔτε πυθέσθαι*
*οὔτ' ἀχέειν· μέγα γάρ τι θεῶν σέβας ἰσχάνει αὐδήν.*

Nihil hoc loco de cultu familiae secreto, sed reverentia dis debita[1] („die Scheu vor der Gottheit“ Rohde *Ps.* I 280)

*De quelques problèmes relatifs aux mystères d'Éleusis.* Revue de l'hist. des religions XLVI (1902) 176—181.

[1] Vel: deorum religio; cf. W. Otto, *Religio und superstitio.* Archiv

linguam coercere dicitur. Bis τὸ σέβας ratio silentii praedicatur. V. enim 478 ad voces ὄργια καλά novum adiectivum σεμνά primo hexametri pede, quo magis eniteat, additur et statim verbis quae sequuntur explanatur: Τά τ' οὔ πως ἔστι παρέξιμεν οὔτε πυθέσθαι οὔτ' ἀχέειν (ergo τὸ σεμνόν nititur silentio et versa vice), post quae ratio silentii denuo clare effertur verbis: Μέγα γάρ τι θεῶν σέβας ἰσχάνει αὐδήν.

Quid sibi vult illud θεῶν σέβας?

Ceres saepissime appellatur σεμνή eiusque mysteria σεμνά praedicantur. Hymnus Homericus incipit: Δήμητρ' ἠύκομον, σεμνὴν θεὸν ἄρχομ' ἀείδειν. In sepulcro Phytali (Paus. I 37, 2) scriptum erat σεμνὴν Δήμητραν. Mysteria quoque huius deae sunt σεμνά: ὄργια καλὰ ... σεμνά (hymn. Homer. v. 476, 478). In Nubibus Aristophanea Athenae celebrantur (302 sqq.): Οὗ σέβας ἀρρήτων ἱερῶν, ἵνα μυστοδόκος δόμος (i. e. telesterium Eleusinium) ἐν τελεταῖς ἁγίαις ἀναδείκνυται. Sophocl. Oed. Col. 1050 σεμνὰ τέλη Eleusinia. Eurip. Hippol. 25 σεμνῶν ἐς ὄψιν καὶ τέλη μυστηρίων (Eleus.). Apud Athenaeum VI 253 D in hymno a Duride allato haec inveniuntur: Τὰ σεμνὰ τῆς Κόρης μυστήρια. Iulianus Caesar or. 5, 173 A laudibus effert Cereris et Proserpinae τὰ σεμνὰ καὶ ἀπόρρητα μυστήρια. De altari Cereris Eleusinio loquitur Euripides Suppl. 290: Σεμναῖσι Δηοῦς ἐσχάραις παρημένη.

Aristophanem initiationem non solum σεμνήν, sed etiam ἁγίαν appellare supra vidimus: ἐν τελεταῖς ἁγίαις. Revera ἅγιος est fere synonymum vocis σεμνός[1]. Ideo nonnumquam ἅγιος et σεμνός coniunguntur, ut Plat. Soph. 249 A σεμνὸν καὶ ἅγιον, Crito 51 A σεμνότερον καὶ ἁγιώτερον; Isocr. 11, 25 ἁγίως καὶ σεμνῶς (ἔχειν περὶ τὰ θεῖα)[2]; [Demosth.] c. Neaer. 77 ἁγίων καὶ σεμνῶν ἱερῶν, 78 σεμνὰ καὶ ἅγια (τὰ νόμιμα). Vocem ἅγιος saepissime praecipueque de rebus ad mysteria spectantibus usurpari demonstravit Wobbermin l. s. c. p. 59 sqq.[3].

---

f. Religionswiss. XII (1909) 537. Idem significat vox ἄγος (= ἅγος) quam codex Mosquensis pro σέβας praebet; cf. Eug. Fehrle *Die kultische Keuschheit im Altertum* (Religionsgesch. Vers. VI 1910) 45.

[1] Cf. n. quae antecedit.

[2] Cf. Passow-Crönert *Wörterbuch der griech. Sprache* s. v. ἅγιος.

[3] De vocibus ἁγνός, ἅγος sim. cf. Eug. Fehrle l. s. c. p. 44–54; cf. etiam Th. Wächter l. s. c. p. 1 n. 1. A. Fridrichsen *Hagios-Qadoš* (Kristiania 1916).

Idem fere dicendum est de vocabulo ὅσιος. Schol. Aristoph. Nub. 304 ἐν τελεταῖς ἁγίαις· ἐν τελεσιουργίαις ὁσιωτάταις, τουτέστι τοῖς μυστηρίοις.

Maiestas (σέβας, ἅγος, ὁσιότης) vero timorem et terrorem incutere solet. Inde ἅγιος et φρικώδης affinitate quadam iunguntur: Demosth. 23, 74 δικαστήριον, ὃ πάντων ἁγιώτατα τούτων ἔχει καὶ φρικωδέστατα. Philo Iud. de somn. II § 123: Τὸν ἁγιώτατον καὶ φρικωδέστατον νόμον. Iure igitur σεμνὴ θεά Ceres est θεὴ φρικτή (Callimach. Aet. Oxyrh. Pap. VII p. 25, 6). Plutarch. de prof. in virt. 10 p. 81 E: Οἱ τελούμενοι . . . προσέχουσιν ἤδη μετὰ φόβου καὶ σιωπῆς. In initiatione mystam occupant τὰ δεινὰ πάντα, φρίκη καὶ τρόμος καὶ ἱδρὼς καὶ θάμβος (Stob. Floril. 120, 28 M.; III 52, 49, p. 1089 H.)[1]. Themistius philosophiae studiosum cum mysta comparans dicit (or. 20, 235 p. 287 Dind.): Ὥστε ὁ μὲν ἄρτι προσιὼν τοῖς ἀδύτοις φρίκης τε ἐνεπίμπλατο καὶ ἰλίγγου, ἀδημονίᾳ τε ξυνείχετο καὶ ἀπορίᾳ ξυμπάσῃ. Et Aelius Aristides de sanctuario Eleusinio sic loquitur (Eleus. § 2; II 28 Keil.): Τίς οὕτω σφόδρα ἔξω τῆς γῆς ἢ θεῶν . . . ὅστις οὐ κοινόν τι τῆς γῆς τέμενος τὴν Ἐλευσῖνα ἡγεῖτο καὶ πάντων, ὅσα θεῖ' ἀνθρώποις, ταὐτὸν φρικωδέστατόν τε καὶ φαιδρότατον. Similia ac Plutarchus protulit Proclus in remp. II 108, 18 sqq. Kroll.; in Alcib. p. 142 Creuzer.

Iterum observamus voces maiestatem terroremque significantes saepe coniungi cum vocabulis ad silentium pertinentibus. Plutarchus de prof. in virt. 10 p. 81 E iungit φόβον et σιωπήν. Aristoph. Nub. 302 σέβας ἀρρήτων ἱερῶν. Cf. schol. in locum: Οὗ σέβας· ὅπου σέβασμά ἐστι καὶ ἀπόρρητα μυστήρια. Λίαν γὰρ αὐτοῖς τὸ μὴ ἐξαγγέλλεσθαι ταῦτα ἐσπουδάζετο. Iulianus or. 5, 173 A σεμνὰ καὶ ἀπόρρητα μυστήρια. [Demosth.] c. Neaer. 73 (τὰ πάτρια τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς) ἅγια καὶ ἀπόρρητα, 74 (τὰς θυσίας) τὰς σεμνοτάτας καὶ

[1] Fragmentum per errorem inscribitur Θεμιστίου ἐκ τοῦ Περὶ ψυχῆς. „Plutarchi libro Περὶ ψυχῆς haec vindicavit Wyttenbach ad calcem Plutarchei libri de sera num. vind. (Lugd. Bat. 1772) 129. Recepit Bernardakis Plut. VII 21 sqq.“ (Hense l. c.). Contra dixit E. Maaß *Orpheus* 303—305; at cf. E. Rohde *Neue Heidelb. Jahrb.* VI (1896) 17 sq. = *Kl. Schr.* II 313.

*ἀπορρήτους*. In hymno Homerico *τὸ σέβας* disertis verbis rationem silentii exhiberi supra exposuimus. *Μυστικῶς τὰ μυστικὰ φθέγγεσθαι καὶ ἁγίως τὰ ἅγια καὶ μὴ ῥίπτειν εἰς βεβήλους τὰ μὴ ἔκφορα* hortatur Gregor. Naz. l. supra p. 11 commemorato. Diogenes L. VIII 7 ex carmine, qui inscribebatur Pythagorae *ἱερὸς λόγος*, hunc versum affert: *Ὦ νέοι, ἀλλὰ σέβεσθε μεθ' ἡσυχίης τάδε πάντα.* Cf. etiam Plato Phaedr. 275 D (*τὰ τῆς ζωγραφίας ἔκγονα*) *σεμνῶς πάνυ σιγᾷ*; S. Basilius M. de Spir. s. § 66 (Migne PG 32, 189 A) *τῶν μυστηρίων τὸ σεμνὸν σιωπῇ διασῴζεσθαι.*

Terror igitur maiestatis divinae animum mystae invadebat. Cur timore et tremore perculsus sit, nullo negotio intellegitur. Ceres enim et Proserpina inter deos inferos numerantur[1] regnantque in illo regno ignoto et tenebroso, in quod anima hominis post mortem descensura est. Earum igitur potestas est in animam hominis mortui. Omnia vero quae ad mortem et ad inferorum regnum spectant timore et horrore animos Graecorum implebant. Porro timor ad silentium adigit. Unde Graeci taciti praeteribant sepulcra teste Phot. lex. s. v. *κρείττονες· οἱ ἥρωες· δοκοῦσι δὲ κακωτικοὶ εἶναι. Δι' ὃ καὶ οἱ τὰ ἡρῷα παριόντες σιωπῶσιν* (idem fere legitur in schol. in Aristoph. Av. 1490 et apud Hesych. s. v. *κρείττονες*; cf. Rohde *Ps.* I 243 sq., 244 n. 1 et H. Schmidt Veteres philosophi quomodo iudicaverint de precibus p. 65, ubi plura afferuntur testimonia), taciti loca Furiis sacra, ut docet Sophocles chorum senum Atticorum inducens haec canentem (Oed. Col. 125—133): *Προσέβα γὰρ οὐκ* (Oedipus) *ἄν ποτ' ἀστιβὲς ἄλσος ἐς τᾶνδ' ἀμαιμακετᾶν κορᾶν, ἃς τρέμομεν λέγειν καὶ παραμειβόμεσθ' ἀδέρκτως, ἀφώνως ἀλόγως τὸ τᾶς εὐφήμου στόμα φροντίδος ἱέντες.* Propterea etiam Eurhynus Nicopolitanus, qui sepultus post XV dies revixerat, dixit, *ὅτι πολλὰ μὲν ἴδοι καὶ ἀκούσειεν ὑπὸ γῆς θαυμαστά, κελευσθῆναι δὲ πάντα ἄρρητα φυλάττειν* (Procl. in remp. II 115, 20 sq. Kr.).

Sed terror quem deae Eleusiniae incutiunt mixtus temperatusque est laetitia, ut speciose observavit Aristides l. s. c.:

---

[1] Cf. schol. Aristoph. Nub. 305: *Οὐρανίοις τε θεοῖς· πρὸς ἀντιδιαστολὴν τῶν καταχθονίων, ὧν ἡ Δημήτηρ καὶ Κόρη.*

*Φρικωδέστατόν τε καὶ φαιδρότατον.* Di enim inferi simul habentur et terribiles et propitii[1]; terrent et invitant; terrent maiestate, invitant et alliciunt promissis. Unde homo quamvis eos timeat et maxima animi reverentia ad eos accedat, tamen eorum benignitatem implorat; quin, cum di superi in Olympi vertice residentes imperium in mortales habeant et solummodo egregios quosdam viros ut Ulixem peculiaribus beneficiis afficiant, deorum inferorum societate multo familiarius utitur homo. Ab iis non solum beneficia huius vitae, ut largam messem, exspectat, sed post mortem quoque cum in illorum umbrosum regnum descenderit, se ab illis receptum iri et felici sorte eorum gratia fruiturum esse sperat, quae res quam maxime ei cordi est.

Talia beneficia praecipue a dearum Eleusiniarum cultoribus sperabantur[2]. Hae enim, ut vidimus p. 20, initiatum quodammodo in familiam suam recipiebant. Mysta fit *γεννήτης τῶν θεῶν*[3] (Axioch. 371 D). Ergo homo affinitate quadam cum

---

[1] Cf. Rohde *Ps.* I 206. Wobbermin *Religionsgesch. Stud.* 18 sq. — De gaudio mystico cf. Plut. de tranqu. an. 20 p. 477 D: *Ὧν τὸν βίον μύησιν ὄντα καὶ τελετὴν τελειοτάτην εὐθυμίας δεῖ μεστὸν εἶναι καὶ γήθους.* Cf. etiam Horat. carm. II 19, 5 sqq. (viso Baccho poeta exclamat): Euhoe recenti mens trepidat metu plenoque Bacchi pectore turbidum laetatur eqs. Porphyrio in hunc locum adnotat: Viso enim deo quis non perturbetur, licet gaudeat?

[2] Ideo sculptores et vasorum pictores Cererem et Proserpinam tales finxerunt, ut maiestatem simul et benignitatem spirarent; cf. praecipue Ceres Cnidia. — Proclus in remp. II 108, 18 sqq. Kr. animum mystae inter timorem et gaudium fluctuantem philosophiae ratione descripsit: *Καὶ γὰρ αὗται (αἱ τελεταὶ) χρώμεναι τοῖς μύθοις, ἵνα τὴν περὶ θεῶν ἀλήθειαν ἄρρητον κατακλείωσιν, συμπαθείας εἰσὶν αἴτιαι ταῖς ψυχαῖς περὶ τὰ δρώμενα τρόπον ἄγνωστον ἡμῖν καὶ θεῖον· ὡς τοὺς μὲν τῶν τελουμένων καταπλήττεσθαι δειμάτων θείων πλήρεις γιγνομένους, τοὺς δὲ συνδιατίθεσθαι τοῖς ἱεροῖς συμβόλοις καὶ ἑαυτῶν ἐκστάντας ὅλως ἐνιδρῦσθαι τοῖς θεοῖς καὶ ἐνθεάζειν.*

[3] *Γ.* est *ὁ εἰς τὰ γένη τεταγμένος* schol. in l. (ex Aristot. *πολ. Ἀθ.*). Ad rem cf. Rohde *Ps.* II append. 7 p. 421 sqq., qui contra Wilamowitzium (*Gött. Gel. Anz.* 1895, 984) probavit Axiochum esse *γεννήτην τῶν θεῶν*, quia initiatus est, et postquam ostendit mystam adoptione in gentem dearum receptum esse, finem facit scribens: *So aber ist der voll Geweihete γ. der Götterfamilie κατὰ τὴν ποίησιν.*

numine coniungitur [1]. Quaenam post mortem a dis exspectaret, supra exposuimus.

*Τὸ σέβας* igitur, quod deabus debetur — ut paucis id comprehendamus, quod magis sentiri quam verbis exprimi potest — est reverentia quae exhibetur maiestati benevolentia temperatae [2]. Hanc mystae linguam coercere hymnus Homericus dicit, neque est, cur hoc miremur [3]. Initiatus enim nullo suo merito neque propria virtute, sed mera dearum horrendarum liberalitate et gratia summorum bonorum particeps fit; postquam variis lustrationibus purgatus est, ad videndas et audiendas res ignotas et mirabiles multitudini absconditas admittitur; non solum de huius vitae prosperitate, sed de animae quoque post mortem feliciore sorte certior fit; in societatem dearum receptus quodammodo earum familiaris efficitur — nonne timuisse putandus est, ne tanta beneficia in vulgus profanum efferens iram dearum excitaret et munera temere despecta amitteret? non veritus esse, ne res sacras et divinas verbis cottidianis reddens omniumque oculis exponens et ipse numen contemneret et aliorum contemptui traderet [4]?

Addere forsitan liceat, quod testibus Plutarcho et Proclo (cf. supra p. 22 et 24) mystae iis quae in mysteriis viderant et audierant quam maxime commovebantur. De talibus vero quae homo intimo animo experitur non facile coram quibuslibet loquitur, praesertim cum non initiati rem non intellegant et

[1] Hanc opinionem posteriores philosophiae ratione excoluerunt. Velut Sopater Rhet. gr. VIII 115, 3 W. docet mysteria Eleusinia confirmare *τὸ τῆς ψυχῆς πρὸς τὸ θεῖον συγγενές* (Rohde *Ps.* I 293 n. 1). Proclus in remp. I 75, 5sqq. Kr. mysteria *συνάπτειν τοῖς θεοῖς* dicit.

[2] De hoc reverentiae religiosae sensu, qui timorem gaudio miscet, libro egregio cui titulus est *Das Heilige. Über das Irrationale in der Idee des Göttlichen und sein Verhältnis zum Rationalen* (1917) disputavit R. Otto theologus. De timore mystico, quem Otto vocat „*das Numinose*“, cf. p. 5sqq., de gaudio, quod ille „*das Fascinosum*“ appellat, 33 sqq., de silentio ex illis oriundo 71sqq.

[3] Cf. Hippolyt. refut. praef. § 1 p. 1, 19sq. Wendl. de haereticis mysteria Graeca imitantibus disputans: *Οἱ διὰ τὸ σιωπᾶν ἀποκρύπτειν τε τὰ ἄρρητα ἑαυτῶν μυστήρια ἐνομίσθησαν πολλοῖς θεὸν σέβειν.*

[4] Cf. Horat. carm. III 3, 51sq. cogere humanos in usus omne sacrum; epist. I 16, 54 miscebis sacra profanis. Plaut. Trin. 286 mali . . .) sacrum profanum habent.

ad deridendum eum, quem sine causa commoveri putant, prompti sint. Sed haec incerta sunt[1].

Vides in cultu Eleusinio semina quaedam religionis mysticae quam nos dicimus non desiderari. Mystica enim religio est quae hominem quatenus est homo ad numen accedere doceat, non de bonis et divitiis neque de republica sollicitum, sed de animae sorte anxium; quae eum familiarius cum dis coniungat ita, ut ipse quodammodo deus fiat. Sane non affirmamus Eleusine ecstaticum illum enthusiasmum quo Bacchi cultores furebant viguisse; neque opiniones illas quae in mysteriis orientis, ut Isidis, Matris Magnae Phrygiae, aliorum, grassabantur, Cereris et Proserpinae mystis adscribimus. Etiam magis pietatem mysticam quam philosophi praesertim Neoplatonici coluerunt, quae cum nostris de re mystica placitis consentit, a mysteriis Eleusiniis plane alienam fuisse concedimus. Attamen tenuia quidem, sed vera rei mysticae initia Eleusine inventa esse concessis iis quae exposuimus nemo iam mihi iure negare videtur[2].

---

[1] A reticentia mystica quam tractavimus distinguendum est silentium, quod mystae in ipsis orgiis feruntur servasse. Velut Philostratus v. Apollonii Tyan. I c. 15 de hominibus Apollonium admirantibus scribit: *Ὥσπερ ἐν μυστηρίοις ἐσιώπων.* Libanius or. 10, 6 (I 403, 4 sqq. Foerster.): *Μυστηρίων τε τιμὴν εἶχε τὰ ἐν τούτῳ τῷ Πλέθρῳ· τοσαύτη μὲν αἰδὼς ἦν, ἣν ἀλλήλους τε καὶ τοὺς ἀθλητὰς οἱ παρόντες ᾐδοῦντο, τοσαύτη δὲ ἡσυχία, τοσαύτη δὲ σιωπή.* Cf. Lex Andaniensis (Ziehen, Leg. sacr. 58) § 9; Joseph. de bell. Iud. II 133. Bacchae quoque siluisse dicuntur auctoribus Suida s. v. *στεγανόν· ... καὶ παροιμία· Βάκχης τρόπον. Ἐπὶ τῶν στεγανῶν καὶ σιωπηλῶν. Αἱ γὰρ Βάκχαι ἐσίγων* et Diogeniano prov. 3, 42: *Αἱ Βάκχαι σιγῶσιν* (cf. Lobeck, Agl. p. 67 sq.; Rohde *Ps.* II 9 n. 3). De eadem re scribit Plutarchus de prof. in virt. 10 p. 81 E: *Ὡς οἱ τελούμενοι κατ' ἀρχὰς ἐν θορύβῳ καὶ βοῇ πρὸς ἀλλήλους συνίασι, δρωμένων δὲ καὶ δεικνυμένων τῶν ἱερῶν προσέχουσιν ἤδη μετὰ φρίκης καὶ σιωπῆς, οὕτω κτλ.* Huc pertinet etiam quod sacra mystica plerumque noctu et in locis tenebrosis et abditis velut in speluncis agebantur. Testimonia huius moris afferunt Rohde *Ps.* II 45 n. 2 et Wobbermin *Religionsgesch. Stud.* p. 14; alia infra occurrent. Hoc silentium eandem quam reticentia radicem habere videtur, deorum dico praecipue inferorum horrorem. Apud philosophos silentium et reticentiam paullatim ita se miscuisse, ut iam non possent distingui, infra apparebit.

[2] E. Rohde *Ps.* I 293 sq., 300; *Kl. Schr.* II 331 sq. religionem mysticam quam nos vocamus ab orgiis Eleusiniis recte abiudicat; sed forsitan semina mystica eorum plus aequo attenuaverit.

Iam perspicuum est, cur mysteria Bacchi, Isidis, Matris Magnae, Mithrae, aliorum, quae vere mystica fuisse omnes concedunt, disciplinam quod ad silentii legem attinet Eleusiniae simillimam observaverint. Ubi religio mystica, ibi silentium quoque mysticum colitur, ita ut iure Tertullianus apologet. 7 scripserit: „cum vel ex forma omnium mysteriorum silentii fides debeatur" et Origenes contra Celsum I 7: *Πάντα δὲ τὰ πανταχοῦ μυστήρια κατὰ τὴν Ἑλλάδα καὶ τὴν βάρβαρον κρύφια ὄντα οὐ διαβέβληται.*

## II

## De philosophorum qui ante aevum imperatorum fuerunt silentio mystico

Silentii disciplina Eleusinia partem cultus deorum eiusque publici constituebat. Nullam ibi doctrinam fuisse quae celaretur vidimus; neque ipsum silentii praeceptum rationibus fulciebatur, sed mandato divino homines silere iubebantur nulla causa addita, nisi quod maiestas deorum sanctitasque ori frena imponere dicebatur.

At cum Graeci via ac ratione „rerum cognoscere causas" aggrederentur et philosophiae fundamenta iacerent, in ritus quoque et praecepta cultus divini a maioribus accepti inquirebant. Qua ex indagatione duae potissimum opiniones ad sacra tradita pertinentes ortae sunt. Alii enim philosophi sola rationis virtute confisi patria sacra aut non curabant aut omnino repudiabant, alii vero iis ita utebantur, ut ea tuerentur quidem, sed altiore novoque sensu replerent.

Et antiquiores philosophi quid de cultu et caerimoniis senserint, fere ex usu et consuetudine eorum cognoscitur, cum data tantum occasione et non dedita opera de his rebus verba fecerint. Posteris demum temporibus doctrina largior excrevit et ad certas formas et ad artis praecepta revocata est. Silentio quoque mystico philosophi (nisi omnino illud aversabantur) primitus utebantur ita, ut artis vocabula mystica vel etiam disciplinam mysticae plus minus similem adhiberent.

Silentii a mysteriis ad philosophiam transeuntis tenuia initia apud Orphicos conspicimus, quorum orgia a mysteriis

Eleusiniis proxime absunt. Hos silentium quoddam observasse ipsa orgiorum vox clamat, testatur etiam occultus eorum *ἱερὸς λόγος*, quem Herodotus II 81 commemorat[1], et notissimus versus Orphicus *φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστί, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι*, quem primum a Platone (Conviv. 218 B), deinde a plurimis scriptoribus in usum vocatum esse infra videbimus[2]. At cum mystis Eleusiniis nulla quae vere dici posset doctrina traderetur, sodalicia Orphica theologiam quandam excoluerunt, unde Aristoteles (fr. 10 Rose) de placitis (*δόγματα*) eorum loquitur. Quae placita circa res divinas versabantur ita, ut fabulis mythologicis initia quaedam admiscerentur philosophicae inquisitionis et explanationis, quam tamen ut ad perfectam et absolutam doctrinam revocarent eis non contigit[3]. Silentii igitur disciplina Orphica, quamquam ceteroqui silentii Eleusinii simillima erat, tamen cum Orphicus *ἱερὸς λόγος* semina nonnulla rationis philosophicae contineret, aliquo modo transitum a silentio mere mystico ad silentium quod appellare possumus philosophicum efficit. Et notandum est, cum illa dogmata Orphica ad rerum divinarum naturam pertineant, silentium philosophicum statim ab initio res theologicas texisse.

Silentium Orphicum vel eo, quod cultus publici pars non erat neque rei publicae legibus defendebatur, facilius impune violari poterat. Re vera Pythagorei nonnulli et Plato saepius *ἀπόρρητα* Orphica in publicum traxerunt[4]. Quaerimus igitur, cur Orphici silentium, quod legibus et poenis sanctum non fuerit, tanta severitate expostulaverint. Tali eos modo magis reverentiam doctrinae sacrae debitam inculcare quam ipsam reticentiam efferre voluisse, ut placitis suis sanctitatem et

---

[1] Huc pertinent etiam Orphicorum symbola lamellis aureis impressa velut *ἔριφος ἐς γάλ' ἔπετον*, quae a non initiatis intellegi nequeunt.

[2] Cf. etiam Lobeck, Agl. 439 sqq., 450 sqq. Abel, Orphica fr. 4, 5, 6 = Buresch *Klaros* 1889, 112 n. 56; Wobbermin *Religionsgesch. Studien* 121, 130. De forma *ἀείδω ξυνετοῖσι κτλ.* cf. Abel fr. 42 et Nauck, Iambl. de vita Pyth. liber 1884 p. 238, qui explicat, quomodo hic versus Pythagorae attribui potuerit a Stobaeo; videsis infra c. III et IV (ubi locus Eusebii affertur, quem Abel non attulit).

[3] Cf. Rohde *Psyche* II 106 sqq.; p. 106 R. haec scribit: *eine Theosophie, die zur Philosophie zu werden strebte.*

[4] Plato, Phaed. 61 sqq.; de Philolao Pythagoreo cf. Rohde *Ps.* II 122 n. 1.

auctoritatem adderent, suspicio est neque ea fundamento caret, ut procedente commentatione accuratius perspiciemus.

Orphicis non una ratione comparandi sunt Pythagorei. Nam hi quoque mystico sodalicio coniuncti caerimonias rituum mysticorum simillimas observabant[1]. At praeterea via ac ratione naturam rerum investigare coeperunt. Ipse Pythagoras scientiae fundamenta iecerat; Pythagorei aedificium magis magisque exstruebant et exornabant[2]. Verum hanc scientiam ne statuamus omnino alienam fuisse a Pythagoreorum opinionibus ad res divinas pertinentibus, sed ab his initium et originem duxisse et procedente demum tempore magis sui iuris factam esse, ita tamen ut originis suae conscia semper fuerit. Cum autem mysticis legibus sodales res sacras silentio occultare iuberentur, non intellegitur, cur non hunc silendi morem ad res philosophicas extenderint, ubi ratio philosophica circa rem sacram mysticamque versaretur[3]. Sane non ita nobis rem fingimus, ac si Pythagorei paucos tantum discipulos eosque diligentissime selectos diu examinatos et probatos per variorum rituum circuitus doctrina aliqua recondita et inaudita initiassent; attamen, ne nimium dicam, propensos eos fuisse, qui sententias etiam philosophicas sublimiores tanti aestimarent, ut non cuilibet delectu non habito eas aperirent, consentaneum mihi videtur esse.

Quae de Pythagoreorum secta memoriae tradita sunt, opinionem nostram confirmant. Ne tamen quae scriptores posteriores et maxime Neopythagorei q. d. commenti sunt, ipsius Pythagorae et veterum Pythagoreorum aetati attribuamus, utamur memoria tantum antiquiore. Qua edocemur Pythagoreos nonnullas doctrinae partes silentio pressisse, neque umquam haec reticentia ad res sacras solas, non ad res philosophicas pertinuisse dicitur[4]. Diogenes Laert. VIII 15 haec ex Aristoxeno profert: *Ἔλεγόν τε καὶ οἱ ἄλλοι Πυθαγόρειοι μὴ*

---

[1] Zeller *Phil. d. Gr.* I[5] 325 sq.

[2] Cf. Windelband-Bonhöffer *Gesch. d. antiken Philos.*[3] 1912 p. 23; Rohde *Ps.* II 159.

[3] Zeller qui l. s. c. p. 329—331 res ad scientiam solam pertinentes reticentiae legi subiectas fuisse negat, tamen addit: *abgesehen von ihrer etwaigen symbolisch-religiösen Bedeutung.*

[4] Cf. Zeller *Ph. d. Gr.* I[5] 324.

εἶναι πρὸς πάντας πάντα ῥητά, ὥς φησιν Ἀριστόξενος ἐν δεκάτῃ παιδευτικῶν νόμων. Iamblichus vitae Pyth. § 31 magistrum Aristoxeni inducit: Ἱστορεῖ δὲ καὶ Ἀριστοτέλης ἐν τοῖς περὶ τῆς Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας[1], διαίρεσίν τινα τοιάνδε ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν (i. e. a Pythagoreis) ἐν τοῖς πάνυ ἀπορρήτοις διαφυλάττεσθαι· τοῦ λογικοῦ ζῴου τὸ μέν ἐστιν θεός, τὸ δὲ ἄνθρωπος, τὸ δὲ οἷον Πυθαγόρας[2] (quod placitum doctrinae Pythagoricae indolem partim philosophicam partim theologicam bene ostendit). E re est cum his conferre quae Iamblichus § 226 sq. exscripsit ex Nicomacho et Apollonio Tyaneo, qui Timaeo Aristoxeno aliis usi erant[3], etsi pro more posteriorum vario fuco exornata sunt: Τὰ κυριώτατα καὶ συνεκτικώτατα τῶν ἐν αὐτῇ δογμάτων ἀπόρρητα ἐν ἑαυτοῖς διεφύλαττον ἅπαντες ἀεί, μετὰ ἀκριβοῦς ἐχεμυθίας πρὸς τοὺς ἐξωτερικοὺς ἀνέκφορα διατηροῦντες, ἀγράφως ἐν μνήμῃ τοῖς διαδόχοις ἅπερ (καθάπερ Nauck) μυστήρια θεῶν μεταδιδόντες. Διόπερ οὐδὲν ἐξεφοίτησε τῶν γε λόγου ἀξίων μέχρι πολλοῦ, διδασκόμενα δὲ καὶ μανθανόμενα ἐντὸς τοίχων μόνον ἐγνωρίζετο.

Ergo qui sodales non erant, iis certa sectae placita audire non licebat. Sed praeter reticentiam Pythagorei alium celandi modum usurpasse videntur. Addit enim Iamblichus l. s. c.: Ἐπὶ δὲ τῶν θυραίων καὶ ὡς εἰπεῖν βεβήλων, εἴ καί ποτε τύχοι, διὰ συμβόλων ἀλλήλοις οἱ ἄνδρες ᾐνίττοντο. Haec si vera essent, primum haberemus testimonium veritatis, quam celari oporteret, imaginum et aenigmatum involucris vestitae et velatae eo consilio, ut coram illis etiam, quos veritatem illam audire fas non esset, sine periculo de ea sermo esse posset. Sed quid dicendum est de symbolis Pythagoricis?

---

[1] Cf. Zeller I⁵ 280. — „Qui liber utrum recte Aristoteli tribuatur — quam ad sententiam propensus est Zeller — an ei, id quod V. Rose, Rohde, alii contendunt, abiudicandus sit, neque certum est neque ullius fere momenti, si vera est virorum doctorum opinio conscriptum esse librum π. τ. *Πυθαγορείων* si non ab ipso Aristotele, tamen certe a peripatetico quodam Aristotelis et aetate et scribendi ratione“ iure dicit C. Hölk, De acusmatis sive symbolis Pythagoricis, diss. Kil. 1894, 22.

[2] Fr. 192 Rose.

[3] Guil. Bertermann, De Iamblichi vitae Pythagoricae fontibus diss. Regimont. 1913, in tabella libello addita.

Aristoteles[1] ea ex parte collegit (Porphyr. v. Pyth. § 41 = fr. 196 Rose.)[2]: *Ἔλεγε δέ τινα* (Pythagoras) *καὶ μυστικῷ τρόπῳ συμβολικῶς, ἃ δὴ ἐπὶ πλέον Ἀριστοτέλης ἀνέγραψεν. Οἷον ὅτι τὴν θάλατταν μὲν ἐκάλει Κρόνου δάκρυον, τὰς δὲ ἄρκτους Ῥέας χεῖρας, τὴν δὲ πλειάδα Μουσῶν λύραν κτλ.*[3]. Iamblichus v. P. § 82 Aristotele[4] auctore haec tradidit: *Ἔστι δὲ ἡ μὲν τῶν ἀκουσματικῶν φιλοσοφία ἀκούσματα ἀναπόδεικτα καὶ ἄνευ λόγου, ὅτι οὕτως πρακτέον κτλ.*[5]. Corn. Hölk[6] et imprimis Frid. Böhm[7] acusmata ab initio praecepta fuisse sacra et superstitiosa ostenderunt acusmaticis qui dicebantur ita ad observandum proposita, ut ratio non indicaretur; posteris demum temporibus cum doctrina subtilior philosophica in eis abscondita esse crederetur, ea facta esse „symbola". Ergo non verum videtur esse, quod Iamblichus l. s c. (v. P. 227) scripsit Pythagoreos symbolis usos esse, ut sententias suas profanis occultarent. Nihilominus acusmata ab initio apud sectam Pythagoricam doctrinam qualemcumque continuisse consentaneum videtur esse.

A primordiis enim sectae asseclae Pythagorae ex diverso institutionis modo in duas classes dispertiebantur, acusmaticorum qui solis acusmatis imbuebantur et mathematicorum qui ad plenam scientiam admittebantur[8]. Aliquantum igitur veri iis subest, quae cum alii tum Porphyrius v. P. 36 sq. verborum fuco sane non parcentes narrant: *Ὅσα γε μὴν τοῖς προσιοῦσι διελέγετο, ἢ διεξοδικῶς ἢ συμβολικῶς παρῄνει.*

---

[1] Si fuit Aristoteles; cf. supra p. 31 n. 1. Cum Arist. in universum antiquiorem referat acusmatum explicationem, Androcydes medicus quem Alexandri M. aetate *Περὶ Πυθαγορικῶν συμβόλων* scripsisse ostendit Corssen M. Rh. LXVII (1912) 240 sqq., morali potius utitur interpretatione; cf. Hölk p. 30, 46.

[2] Cf. Zeller I[5] 324 n. 2; § 42 (fr. 197 Rose.) ex alio fonte fluxit.

[3] Acusmata hic ab Aristotele enumerata non esse vera acusmata fortasse recte suspicatur Hölk p. 25; nobis nunc singulae acusmatum formae curandae non sunt.

[4] Ut probavit Val. Rose, Arist. pseudep. 202 sq., cf. Rohde *Kl. Schr.* II 139 sq.; Hölk 31—35.

[5] De aliis fragmentis Arist. cf. Hölk 21 sqq.

[6] 4 sqq.

[7] De symbolis Pythagoreis, diss. Berol. 1905.

[8] Cf. Rohde *Ps.* II 170; Hölk 6. Propter silentii exercitium quod novi sodales subibant Hölk cum Gellio I 9 acusmaticos novos discipulos fuisse putat. Sed taciturnitatis studium cum more per acusmatum ambages docendi nihil commune habet.

*Διττὸν γὰρ ἦν αὐτοῦ τῆς διδασκαλίας τὸ σχῆμα· καὶ τῶν προσιόντων οἱ μὲν ἐκαλοῦντο μαθηματικοί, οἱ δ' ἀκουσματικοί. Καὶ μαθηματικοὶ μὲν οἱ τὸν περιττότερον καὶ πρὸς ἀκρίβειαν διαπεπονημένον τῆς ἐπιστήμης λόγον ἐκμεμαθηκότες, ἀκουσματικοὶ δ' οἱ μόνας τὰς κεφαλαιώδεις ὑποθήκας τῶν γραμμάτων ἄνευ ἀκριβεστέρας διηγήσεως ἀκηκοότες.* Verum est acusmata plerumque non ab ipsis Pythagoreis inventa, sed ex superstitione populari petita esse; at cum Pythagorei ea in usum suum vocarent, non ea nuda assumpserunt, sed aliquo modo ad sectae placita rettulerunt cumque suis de rebus divinis opinionibus coniunxerunt. Propterea fieri non potuit, quin acusmata illa, quatenus a Pythagoreis usurpabantur, statim ab initio pro involucris reconditae qualiscumque doctrinae haberentur [1]. Nam quae acusmatis vel praecipiebantur vel docebantur, non omnino ab eorum sodalium qui mathematici audiebant opinionibus et placitis abhorrere poterant, nisi quod quae mathematici rationibus et argumentis probabant, acusmaticis breviter et ratione non addita ita tradebantur, ut norma „vitae Pythagoricae“ essent. Argumentatio vero, qua mathematici acusmata probabant et interpretabantur, si vera fuit argumentatio, iam ab incunabulis sectae initia philosophicae contemplationis prae se tulerit necesse est. Ergo etiamsi effata illa non erant mera involucra placitorum philosophicorum, tamen Pythagorei acusmatis (i. e. brevibus formulis vitae praecepta vel fortasse etiam doctrinam aliquam enuntiantibus) usi esse videntur eo consilio, ut hominibus veritatis minus capacibus doctrina quaedam traderetur quidem, sed non omnino denudaretur. „Postea vero“, ut ait Hölk [2], „cum ex studiis mathematicis et physicis, quorum quasi primordia conspiciuntur in acusmatis [3], exorta esset philosophia Pythagorica, non iam sola disciplinae ratione differebant acusmatici a mathematicis, sed etiam disciplinae materia; philosophia enim Pythagorica solis mathematicis patebat et nota erat; omnes

[1] Fortasse acusmata illa, quae Hölk non esse vera acusmata suspicatur (cf. supra p. 32 n. 3), a Pythagoreis inventa et popularibus acusmatis adiuncta sunt. Quod si verum esset, inde concludere liceret Pythagoreos aliis quoque acusmatis altiorem sensum subiecisse; haec enim sine dubio opinionem sacram tegunt.

[2] L. s. c. 6 sq. [3] Si ita intelleguntur, ut Pythagorei de eis sentiebant.

vero continebantur eadem vitam degendi ratione a Pythagora instituta ideoque omnes colebant acusmatum praecepta, quibus *Πυθαγόρειος τρόπος τοῦ βίου* regebatur.“ Hac ratione acusmata magis magisque facta sunt „symbola“ i. e. altiorem sensum philosophicum tegere putabantur. Denique viri docti nonnumquam acusmatis placita arcana a genuino eorum sensu alienissima attribuerunt (*ἔξωθεν ἐπισοφιζομένους προσάπτειν εἰκότα λόγον* Iambl. v. P. 86)[1]. Haec de quaestione difficillima proferri potuisse credimus. Non igitur solum, qui sodales non sunt, a certis doctrinis prohibentur, sed etiam intra sectam Pythagoricam socii exoterici et esoterici distinguuntur, quorum hi doctrinam apertam, illi imaginum velis opertam accipiunt.

Nota illa taciturnitas Pythagorica (*ἡ ἐχεμυθία*), quae sicut vox *ἐχεμυθία* ad ipsum Pythagoram redit[2], cum reticentia, de qua nunc nobis res est, eo cohaeret, quod discipulorum mentes ad reticendi legem observandam praeparat. Hanc eandem quam illa causam habere, id quod nunc solummodo suspicamur, infra magis perspicietur. Utrumque silentii genus uno verbo comprehendere videtur Porphyrius v. P. 19: *Ἃ μὲν οὖν ἔλεγε τοῖς συνοῦσιν, οὐδὲ εἷς ἔχει φράσαι βεβαίως· καὶ γὰρ οὐχ ἡ τυχοῦσα ἦν παρ᾽ αὐτοῖς σιωπή*.

Pro certo igitur exploratoque affirmare possumus, veteres Pythagoreos praeter taciturnitatis exercitium reticentiae cuidam studuisse[3] huncque silendi morem non solum ad res sacras, sed etiam ad rationes philosophicas accommodasse. Praeterea alia reticendi ratione usi illos, quos veritatis percipiendae incapaces credebant neque doctrinae integrae participes esse volebant, ita instituisse videntur, ut brevibus formulis quae acusmata audiebant initia quaedam doctrinae magis tegerent quam traderent. Haec porro acusmata iam apud veteres Pythagoreos magis magisque facta sunt symbola i. e. altioris doctrinae involucra. Hac Pythagoreorum consuetudine magis etiam quam Orphicorum opera silentium mysticum ad philosophos transmigravit. Sed eorum philosophiam fere in rebus

---

[1] Cf. Hölk 18 sq. [2] Cf. etiam infra 54 sqq.

[3] Überweg-Heinze-Prächter *Grundriss der Gesch. d. Phil.* I [10] (1909) 44: *Die Verbreitung der Lehren (insbesondere wohl der theosophischen Spekulationen) unter das Volk war verpönt.*

divinis versatam esse velim observes. Cum causa silentii numquam disertis verbis indicetur, suspicari tantum licet sodales tacendo illud spectasse, ut rerum divinarum sanctitas agnosceretur et efferretur.

Eodem fere tempore, quo Pythagoras floruit, apud Iones illa philosophia excolebatur, quae populi superstitionibus plane reiectis sola rationis ope naturam rerum indagabatur. Hi viri silentium mysticum nullo modo curabant. De Heraclito quidem Ephesio haec narrantur (Diog. Laert. IX 6): *Ἀνέθηκε δὲ αὐτὸ* (i. e. volumen suum) *εἰς τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερόν, ὡς μέν τινες, ἐπιτηδεύσας ἀσαφέστερον γράψαι, ὅπως οἱ δυνάμενοι μόνοι* [1] *προσίοιεν αὐτῷ καὶ μὴ ἐκ τοῦ δημώδους εὐκαταφρόνητον ᾖ* [2]. Hac ratione, qui in difficili *τοῦ σκοτεινοῦ* doctrina laborabant, explicare studebant, cur Ephesius placita sua tot obscuritatibus involvisset. Haec tamen obscuritas non tam de industria ab eo quaesita esse videtur, quam cum ex sermone Graeco iis temporibus subtilitati philosophicae nondum satis apto tum maxime ex doctrinae Heracliti indole exsurgit. Illi enim persuasum erat rerum naturam difficillimam esse cognitu ideoque verbis explanari vix posse, qua ex persuasione praeclarum illud effluxit *ἡ φύσις κρύπτεσθαι φιλεῖ* (fr. 123 D.). Ideo vulgus stultum aspernabatur (fr. 1, 17, 29, 34, 49, 56, 57, 108, 121 D.). Ipsos deos quando loquuntur non clare loqui sed obscure docet fr. 93: *ὁ ἄναξ οὗ τὸ μαντεῖόν ἐστι τὸ ἐν Δελφοῖς, οὔτε λέγει οὔτε κρύπτει ἀλλὰ σημαίνει.* Silentii vero mystici numquam mentionem facit, sed cum mysteria parvi aestimaret (fr. 14), ne voces quidem mysticas eum adhibuisse veri simile est. Quantam tamen vim illud *ἡ φύσις κρύπτεσθαι φιλεῖ* posteris temporibus in excolenda silentii mystici doctrina habuerit infra videbimus.

Cum post Pythagoram omnes philosophi usque ad Platonem rem mysticam neglegerent, summus hic vir elementa nonnulla religionis mysticae ad doctrinam suam accommodare non dubitavit, qua in re Orphicos imprimis vel potius Pythagoreos sequebatur. Sed res et voces mysticae, quas Plato usurpat, novam iam significationem induunt. „Mystae“ enim et „puri“ vocantur, qui verae sapientiae compotes fiunt. At

[1] Add. Diels. [2] Cf. Cicero de deor. nat. III 35.

ritibus superstitiosis et sacrificiis prius lustrandi non sunt, qui scientiae fontem adeunt; sed certae leges a veri cupidis serventur oportet. Neque enim omnes idonei sunt, qui illam amplectantur; ideoque a limine philosophiae arcentur, qui ob mentis hebetudinem veri incapaces sunt. *Πάντες γάρ*, dicit Alcibiades (Conviv. 218 B) versu Orphico usus[1], *κεκοινωνήκατε τῆς φιλοσόφου μανίας τε καὶ βακχείας· διὸ πάντες ἀκούσεσθε· . . . οἱ δὲ οἰκέται, καὶ εἴ τις ἄλλος ἐστὶ βέβηλός τε καὶ ἄγροικος, πύλας πάνυ μεγάλας τοῖς ὠσὶν ἐπίθεσθε.* Theaetet. 155 E: *Ἄθρει δὴ περισκοπῶν μή τις τῶν ἀμυήτων ἐπακούῃ.* Qui sint profani, statim explicat: *Εἰσὶν δὲ οὗτοι οἱ οὐδὲν ἄλλο οἰόμενοι εἶναι ἢ οὗ ἂν δύνωνται ἀπρὶξ τοῖν χεροῖν λαβέσθαι, πράξεις τε καὶ γενέσεις, καὶ πᾶν τὸ ἀόρατον οὐκ ἀποδεχόμενοι ὡς ἐν οὐσίας μέρει.* Gorg. 493 A: *Τοὺς δὲ ἀνοήτους ἀμυήτους κτλ.* Profani igitur sunt qui ad altiorem rerum considerationem se attollere nequeunt. Puritate enim, non sacra sed philosophica, vero sapientiae amatori opus est (Phaed. 67 B): *Μὴ καθαρῷ γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι μὴ οὐ θεμιτὸν ᾖ.* Pauci igitur sunt, qui summam sapientiam attingant (ibid. 69 CD): *Εἰσὶν γὰρ δή φασιν οἱ περὶ τὰς τελετάς „ναρθηκοφόροι μὲν πολλοί, βάκχοι δέ τε παῦροι". Οὗτοι δ' εἰσὶν κατὰ τὴν ἐμὴν δόξαν οὐκ ἄλλοι ἢ οἱ πεφιλοσοφηκότες ὀρθῶς*[2].

At non solum his loquendi formulis ex mysteriis petitis utitur Plato, sed etiam veram reticentiam interdum expostulat. Velut cum Dionysio amico ut dogmata philosophica a vulgi contemptu defendat, tectis verbis doctrinam quandam subtiliorem communicat eumque rogat, ut sibi illam reservet neque in vulgus excidere patiatur epist. II 312 DE: *Καὶ δὴ καὶ περὶ τοῦδε, ὃ δὴ τούτου τιμιώτερόν τ' ἐστὶν καὶ θειότερον, καὶ μάλα σφόδρ' αὐτῷ δηλωτέον, ὑπὲρ οὗ σὺ πέπομφας ἀπορούμενος· φῂς γὰρ δὴ κατὰ τὸν ἐκείνου λόγον οὐχ ἱκανῶς ἀποδεδεῖχθαί σοι περὶ τῆς τοῦ πρώτου φύσεως. Φραστέον δή σοι δι' αἰνιγμῶν, ἵν' ἄν τι ἡ δέλτος ἢ πόντου ἢ γῆς ἐν πτυχαῖς πάθῃ, ὁ ἀναγνοὺς μὴ γνῷ. Ὧδε γὰρ ἔχει. Περὶ τὸν πάντων βασιλέα πάντ' ἐστὶ καὶ ἐκείνου ἕνεκα πάντα, καὶ ἐκεῖνο αἴτιον*

[1] Cf. supra p. 29.

[2] Alia testimonia v. apud Rohde *Ps.* II 293 n. 4 (Resp. 491 B, 494 A). Parmenid. 136 D: *Ἀπρεπῆ γὰρ τὰ τοιαῦτα πολλῶν ἐναντίον λέγειν.*

*πάντων τῶν καλῶν· δεύτερον δὲ πέρι τὰ δεύτερα, καὶ τρίτον πέρι τὰ τρίτα κτλ.* Ibid. 314 A—C: *Εὐλαβοῦ μέντοι μή ποτε ἐκπέσῃ ταῦτα εἰς ἀνθρώπους ἀπαιδεύτους· σχεδὸν γάρ, ὡς ἐμοὶ δοκεῖ, οὐκ ἔστιν τούτων πρὸς τοὺς πολλοὺς καταγελαστότερα ἀκούσματα, οὐδ' αὖ πρὸς τοὺς εὐφυεῖς θαυμαστότερά τε καὶ ἐνθουσιαστικώτερα . . . πρὸς ταῦτ' οὖν σκοπῶν εὐλαβοῦ μή ποτέ σοι μεταμελήσῃ τῶν νῦν ἀναξίως ἐκπεσόντων. Μεγίστη δὲ φυλακὴ τὸ μὴ γράφειν ἀλλ' ἐκμανθάνειν· οὐ γὰρ ἔστι τὰ γραφέντα μὴ οὐκ ἐκπεσεῖν. Διὰ ταῦτα οὐδὲν πώποτ' ἐγὼ περὶ τούτων γέγραφα, οὐδ' ἔστιν σύγγραμμα Πλάτωνος οὐδὲν οὐδ' ἔσται, τὰ δὲ νῦν λεγόμενα Σωκράτους ἐστὶν καλοῦ καὶ νέου γεγονότος. Ἔρρωσο καὶ πείθου, καὶ τὴν ἐπιστολὴν ταύτην νῦν πρῶτον πολλάκις ἀναγνοὺς κατάκαυσον.* De pluribus hic locus nos edocet. Primum quae Plato obscuris verbis enuntiat, ad res divinas, quin ad ipsam naturam divinam spectant. Deinde *δι' αἰνιγμῶν* loquitur i. e. verbis non disertis, sed id quod verum est partim tegentibus partim aperientibus utitur idque agit, ut litteras si quis non idoneus invenerit non intellegat[1]. Cavendum etiam est, ne omnino in vulgus excidant; homines enim intellectu carentes veritatem, quae bona mente praeditos admiratione et summa voluptate afficit, capere non poterunt et deridebunt. Ideo Dionysius ne scribere quidem illam, sed ediscere iubetur[2]. Plato igitur non solum silentium imperat, sed etiam sermone tecto utitur, ut res sublimiores et divinas profanis occultet[3]).

At dixerit quispiam Platonem ioci causa illa scripsisse.

[1] Platonis epistulam non commemoravit W. Riepl *Das Nachrichtenwesen des Altertums* 1913, qui de litteris aenigmaticis egit p. 317 sqq.

[2] Saepius mystica scribi vetantur. Cf. Iamblichus v. Pyth. § 226: *ἀγράφως καθάπερ μυστήρια παραδιδόντες*; id. de comm. math. scientia c. 22 p. 68 Fest.: *Ἀλλ' ἐπεὶ τὰ πλεῖστα ἀνεργὰ ἦν παρ' αὐτοῖς, ἐν μνήμαις τε ἀγράφοις διεσῴζετο, αἳ νῦν οὐκέτι διαμένουσι κτλ.* Synesius de provid. II 5, 124 AB: *Τὰ πρόσω . . . εὐφημία ἀτρεμείτω, συγγραφαῖς ἀνέπαφα.* S. Basilius de Spir. S. c. 27 *περὶ τῶν ἀγράφων τῆς ἐκκλησίας νομίμων* (velut de symbolo fidei et sim.). Sacramentar. Gelasian. p. 53 Wilson.: „Intentis itaque animis symbolum (fidei) discite, et quod vobis sicut accepimus tradimus non alicui materiae quae corrumpi potest, sed paginis vestri cordis ascribite.“ — Cf. etiam Plat. Phaedr. 275 DE; ep. 7 p. 341 sq.

[3] [Sed cf. — praeter alios — Wilamowitz *Platon* I 124 not. II 279].

Persuadere tamen mihi nequeo summum illum virum tot verba ioci satis frigidi causa consumpsisse. Sed licet Plato non sine sale illa pronuntiaverit, his verbis lepidis, quae est eius consuetudo, altiorem sensum subdidisse putandus est.

Sed non solum hoc loco Plato *δι' αἰνιγμῶν* locutus est, sed in omnibus fere scriptis suis praeter methodum dialecticam aliam docendi rationem adhibuit. M y t h i s enim nonnullos dialogos exornavit et omnibus fere libris mythicum colorem aspersit[1]. Hoc modo, ait, iam veteres poetae locuti sunt: (Resp. 332 B) *ᾐνίξατο*[2] *ἄρα . . . ὡς ἔοικεν, ὁ Σιμωνίδης ποιητικῶς τὸ δίκαιον ὃ εἴη*, et „omnes priorum philosophorum doctrinae mythorum nomen obtinent“[3]: Soph. 242 C D, 243 A *εὐκόλως μοι δοκεῖ Παρμενίδης ἡμῖν διειλέχθαι καὶ πᾶς ὅστις πώποτε ἐπὶ κρίσιν ὥρμησε τοῦ τὰ ὄντα διορίσασθαι πόσα τε καὶ ποῖά ἐστιν. — πῇ; — μ ῦ θ ό ν τινα ἕκαστος φαίνεταί μοι διηγεῖσθαι π α ι σ ὶ ν ὡ ς ο ὖ σ ι ν ἡ μ ῖ ν κτλ. Τὸ δὲ παρ' ἡμῶν Ἐλεατικὸν ἔθνος . . . ὡς ἑνὸς ὄντος τῶν πάντων καλουμένων οὕτω διεξέρχεται τοῖς μ ύ θ ο ι ς κτλ.* Sicut infantibus fabulae narrantur, quibus infirma eorum mens facilius aliquo praecepto imbuatur, ita veteres philosophi mythis sententias suas proponebant. In eundem modum Plato ipse, ubi ratio dialectica deficiebat, narrationibus fabulosis doctrinas sublimiores et difficiliores proferebat ita, ut fictis verbis et rebus veritas recondita subesset; Resp. 377 A: *Τοῦτο* (i. e. *τὸ μύθους λέγειν*) *δέ που ὡς τὸ ὅλον εἰπεῖν ψ ε ῦ δ ο ς, ἔνι δὲ καὶ ἀ λ η θ ῆ*[4]; cf. Phaed. 85 C D.

Prohibet igitur Plato, ne certae doctrinae divulgentur, sed non lex mystica, sed ratio philosophica silere cogit. Propterea nullo hoc silentium vinculo cum mysteriorum reticentia coniunctum videtur esse, nisi quod hinc et illinc eadem artis vocabula usurpantur. Caveamus tamen, ne haec fuci vel ornandi sermonis causa a summo philosopho adhibita esse credamus, cum Plato verba mystica nova et altiore significatione imbuat. Neque satis est dicere Platonem, ubi rudes

---

[1] Cf. L. Couturat, De Platonicis mythis 1896.

[2] Theaetet. 152 C inter se opponuntur *αἰνίττεσθαι τῷ πολλῷ συρφετῷ* et *τοῖς μαθηταῖς ἐν ἀπορρήτῳ τὴν ἀλήθειαν λέγειν*. [3] Couturat p. 61.

[4] Cf. ibid. 382 D: *Ἐν ταῖς μυθολογίαις, διὰ τὸ μ ὴ ε ἰ δ έ ν α ι ὅπῃ τ ἀ λ η θ ὲ ς ἔχει περὶ τῶν παλαιῶν, ἀ φ ο μ ο ι ο ῦ ν τ ε ς τ ῷ ἀ λ η θ ε ῖ τ ὸ ψ ε ῦ δ ο ς κτλ.*

et indoctos arcet, id tantum postulare, ut discipuli per scientiae gradus et indagationis laborem ad cognitionis cacumen tendant. Immo potius magister leges vere mysticas scribit, sed utique voci mysticae novum sensum subicit. Verum enim illud, quod philosophia ex sententia Platonis menti humanae ostendit, est verum divinum[1], cuius ad perfectam cognitionem homo non propria virtute et constanti labore, sed repentina mentis ecstasi pervenit[2]. Ideo puritas, qua vero sapienti opus est, quodammodo sacra est[3]. Ideo etiam philosophicam contemplationem mysteriorum spectaculis assimulat[4] et saepius ad orgiorum praecipue Orphicorum praecepta et placita provocat[5], ut sententiis suis ratione non probandis ex illis argumenta quaerat et sacram, ut ita dicam, fidem et auctoritatem conciliet. Recte igitur etiam silentii mystici morem eo consilio ad sententias philosophicas transtulisse creditur, ut sacram quodammodo veritatis divinae dignitatem efferret et philosophiam maiore auctoritate circumdaret. Quia vero huius rei ultima causa est sublimitas veri divini, non immerito qui postea Platonem commentati sunt, ut infra apparebit, ad silentium Platonis mysticum locum celeberrimum Timaei rettulerunt (28 C): *Τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν.*

Eisdem videtur causis motus esse Plato, ut non raro opiniones suas sublimiores sermone aenigmatico tegeret magis quam enarraret; aenigmata enim, ut ipse ait (epist. II 314 A), veritatis dignitatem a stultorum contemptu defendunt. Ad sermonem aenigmaticum etiam fabulae pertinent. Hae quoque cum in locum argumentationis succedant, quandocumque ratio dialectica deficit, veritatem maiorem esse praedicant, quam ut sola ratione comprehendatur; quod vero falsa veris miscent, non solum mentem humanam veritatem integram non capere demonstrant, sed etiam rudiora ingenia decipiunt et arcent.

Plato igitur speciem quandam silentii commendavit. At cum Orphicorum silendi disciplina mysteriorum legem non excesserit et Pythagorica reticentia cum mystico silentio artis vinculis coniuncta manserit, apud Platonem silentium iam

---

[1] Rohde *Ps.* II 282. [2] Ibid. 283 sq. [3] Ibid. 282.
[4] Ibid. 279 n. 1. Couturat l. s. c. 96. [5] Rohde *Ps.* II 279 n. 1.

plane a fundamento mystico separatum esse apparet, id est: silentium Platonis iam prorsus est philosophicum neque ullam cum superstitionibus cultus societatem retinet. Propterea vereor ne quae vere dici possit disciplina silentii statui nequeat. Silentium tamen Platonis eo indolem mysticam prae se fert, quod dignitatem sacram doctrinarum in rebus divinis versantium effert.

Post Pythagoram et Platonem, qui inde a I. ante Christum saeculo demum rei mysticae renascentis quasi duces et praecones habiti sunt, ii potius eminuerunt philosophi, qui sensui mystico minus dediti erant.

Aristoteles, praestantissimus inter Platonis discipulos, pro more suo breviter et acute, cur philosophi ad narrationes mythicas propensi essent, explicavit Met. I 2 p. $982^b$ 12 sqq.: *Διὰ γὰρ τὸ θαυμάζειν οἱ ἄνθρωποι καὶ νῦν καὶ τὸ πρῶτον ἤρξαντο φιλοσοφεῖν*[1] . . . *ὁ δ' ἀπορῶν καὶ θαυμάζων οἴεται ἀγνοεῖν. Διὸ καὶ φιλόμυθος ὁ φιλόσοφός πώς ἐστιν. Ὁ γὰρ μῦθος σύγκειται ἐκ θαυμασίων.* Homo veritatem, quam plane se comprehensurum esse desperat, fabulis condit. Ergo medius est mythus inter perfectam cognitionem et ignorantiam, obscuram, ut ita dicam, lucem spargit, *αἰνίττεται τὴν ἀλήθειαν*, ut graeco sermone utar. Aristotelem hoc loco Platonem sequi consentaneum est. Aliis tamen locis logographorum q. d. et sophistarum vestigia premens mythos ex rationibus utilitatis publicae ortos esse contendit velut Metaph. XI 8 p. $1074^b$ 1 sqq.: *Παραδέδοται δὲ παρὰ τῶν ἀρχαίων καὶ παμπαλαίων ἐν μύθου σχήματι καταλελειμμένα τοῖς ὕστερον, ὅτι θεοί τέ εἰσιν οὗτοι* (i. e. stellae) *καὶ περιέχει τὸ θεῖον τὴν ὅλην φύσιν. Τὰ δὲ λοιπὰ μυθικῶς ἤδη προσῆκται πρὸς τὴν πειθὼ τῶν πολλῶν καὶ πρὸς τὴν εἰς τοὺς νόμους καὶ τὸ συμφέρον χρῆσιν· ἀνθρωποειδεῖς τε γὰρ τούτους καὶ τῶν ἄλλων ζῴων ὁμοίους τισὶ λέγουσι, καὶ τούτοις ἕτερα ἀκόλουθα καὶ παραπλήσια τοῖς εἰρημένοις.* Aliquid igitur veri in fabulis inest; sed illud, quo fabulae sunt fabulae, plane fictum est idque eam ob causam, ut vulgo rudi cum rei publicae utilitate facilius persuaderetur. Hac ratione q. d. pragmatica Ari-

[1] Cf. Plat. Theaetet. 155 D; Resp. 382 D.

stoteles nonnumquam veteres mythos interpretatur[1] vel potius depravat; ipse tamen pro indole sua ieiuna ad sermonem mythicum parum inclinat. Dialogis quidem „populariter scriptis“ et „exotericis“ (cf. Cicero de fin. 5, 5) nonnumquam narrationes fabulosas inserebat, sed non Platonis sensu mystico motus, verum sermonis ornandi gratia.

Aristotelem occultationem quandam doctrinae sublimioris qualem Plato commendabat non curasse, ex eius q. f. epistola VI (etsi Aristotelis sine dubio non est) colligitur, in qua Alexandro Magno haec scribuntur (Hercher, Epistologr. gr. p. 174): *Ἔγραψάς μοι περὶ τῶν ἀκροατικῶν λόγων, οἰόμενος δεῖν αὐτοὺς φυλάττειν ἐν ἀπορρήτοις. Ἴσθι οὖν αὐτοὺς καὶ ἐκδεδομένους καὶ μὴ ἐκδεδομένους· ξυνετοὶ γάρ εἰσι μόνοις τοῖς ἡμῶν ἀκούσασιν.* Sufficit igitur, ut quis scholas Aristotelis frequentaverit; neque quidquam amplius magister ad doctrinam intellegendam requirit.

Philosophiae vero p h y s i c a e asseclas, cuius princeps fuit D e m o c r i t u s, quem secutus est E p i c u r u s, rem mysticam et rationem mythicam plane repudiasse et impugnasse consentaneum est, quippe qui cum mundum fortuito individuorum corporum concursu confluxisse contenderent, rebus divinis, nedum mysticis nullum iam locum relinquerent. Quomodo Epicurus de fabulis senserit, apparet ex libro, quo discipulus eius Colotes Lampsacenus fabulam a Platone Reip. l. X de Ere Pamphylio ab inferis reverso narratam impugnavit atque irrisit[2], cuius libri fragmenta exstant apud Proclum in comment. in remp. Plat., qui sua ex Porphyrio Platonem defendente hausit. Velut II 105, 23 sqq. Kr. Proclus opprobria quaedam Colotis et responsa Porphyrii exscripsit et ipse nonnulla addidit: *Ὁ μὲν οὖν Ἐπικούρειος Κωλώτης ἐγκαλεῖ τῷ Πλάτωνι, ὅτι τὴν ἀ λ ή θ ε ι α ν ἀ φ ε ὶ ς τ ὴ ν ἐ π ι σ τ η μ ο ν ι κ ὴ ν περὶ τὸ ψ ε ῦ δ ο ς διατρίβει μ υ θ ο λ ο γ ῶ ν ὡς π ο ι η τ ή ς, ἀλλ' οὐκ ἀποδεικνὺς ὡς ἐπιστήμων· καὶ ὅτι πρὸς ἑαυτὸν μαχομένως ἐν μέν γε προοιμίοις τῆσδε τῆς πραγματείας ἐλοιδόρησε τοὺς ποιητὰς ὡς περὶ τῶν ἐν Ἅιδου φρικτὰ πλάσαντας καὶ θανάτου φόβον ἐντεκόντας τοῖς ἀκούουσιν, ἐπὶ τέλει δὲ καὶ αὐτὸς μεθήρμοσεν τὴν φιλόσοφον*

[1] Zeller *Phil. d. Gr.* II 2³ 795 n. 3. Cf. Porphyr. Quaest. Homeric. ad Odyss. pertin. ed. Schrader *μ* 128 sqq. et Schraderi epilegomena p. 180 sqq.
[2] Cf. Crönert *Kolotes und Menedemos* 1906, 12.

*μοῦσαν εἰς τραγικὴν τῶν ἐν Ἅιδου πραγμάτων μυθολογίαν· ... καὶ τὸ τρίτον, ὅτι τοὺς τοιούσδε μύθους πολὺ τὸ μάταιον ἔχειν ἀναγκαῖον· τοῖς μὲν γὰρ πολλοῖς οὐδὲ συνεῖναι δυναμένοις αὐτῶν εἰσιν ἀσύμμετροι, τοῖς δὲ σοφοῖς οὐ δεομένοις ἀμείνοσιν ἐκ τῶν τοιῶνδε γίνεσθαι δειμάτων περιττοὶ κτλ.* Colotis opprobrium primo loco allatum uberius prosecutus est Macrobius[1] in comm. in somn. Scipionis I 2, 3 sq.: „Epicureorum tota factio, aequo semper errore a vero devia et illa aestimans ridenda quae nesciat, sacrum volumen (i. e. Platonis remp.) et augustissima irrisit naturae seria. Colotes vero, inter Epicuri auditores loquacitate notabilior, etiam in librum rettulit, quae de hoc amarius cavillatus est ... ait a philosopho fabulam non oportuisse confingi, quoniam nullum figmenti genus veri professoribus conveniret. Cur enim, inquit, si rerum caelestium notionem, si habitum nos animarum docere voluisti, non simplici et absoluta hoc insinuatione curatum est, sed quaesita persona casusque excogitata novitas et composita advocati scena figmenti ipsam quaerendi veri ianuam mendacio polluerunt?" Iam videmus Epicureos vim ac naturam mythorum Platonicorum plane ignorasse et perverse interpretatos esse, quae res infra magis apparebit.

Aristotelem quoque fabulas a philosophia fere removisse supra diximus. Verum cum interdum eam veterum fabularum interpretationem adhiberet, qua figmentis mythicis doctrina quaedam physica vel ethica subesse credebatur, agnovitne Aristoteles in mythis ratione quadam mystica sapientiam secretam reconditam esse? Quo sane interpretandi modo silentium philosophorum mysticum, quod alioqui repudiabat, admisisset et probavisset. Oritur hinc quaestio, utrum interpretatio *δι' ὑπονοίας* et imprimis allegorica, quae eius partem principalem constituit, referenda sit ad silentium mysticum necne. Quod vero interpretatio allegorica a Stoicis potissimum exculta est, hac quaestione soluta simul apparebit, quid Stoici de silentio mystico opinati sint.

Allegorica interpretatio inde orta est, quod viri docti opiniones de dis vulgares, quales imprimis Homerus prae-

[1] Vel eius auctor, qui fortasse fuit Porphyrius.

dicabat, cum suis placitis conciliare studuerunt. Primus[1] ea usus esse fertur Theagenes Rheginus tempore Cambysis regis: Schol. Homer. B in *Υ* 67 (Porphyr. I 240, 14 sqq. Schrader.)[2] *ὁ περὶ θεῶν ... λόγος ... οὐ πρέποντας τοὺς ὑπὲρ τῶν θεῶν μύθους φησίν. Πρὸς δὲ τὴν τοιαύτην κατηγορίαν οἱ μὲν ἀπὸ τῆς λέξεως ἐπιλύουσιν, ἀλληγορίᾳ πάντα εἰρῆσθαι νομίζοντες ὑπὲρ τῆς τῶν στοιχείων φύσεως* (quae est ratio physica Stoicorum) ... *ὁμοίως ἔσθ' ὅτε καὶ ταῖς διαθέσεσι ὀνόματα θεῶν τιθέναι* (ratio ethica) ... *οὗτος μὲν οὖν ὁ τρόπος ἀπολογίας ἀρχαῖος ὢν πάνυ καὶ ἀπὸ Θεαγένους τοῦ Ῥηγίνου, ὃς πρῶτος ἔγραψε περὶ Ὁμήρου, τοιοῦτός ἐστιν ἀπὸ τῆς λέξεως.* Anaxagoras in schol. Hom. BT in *P* 547 (fr. 19 Diels.) Irin ratione physica interpretatus est, secundum Diog. L. II 11 ethicam quoque allegoriam noverat. Quem secuti sunt cum alii Anaxagorei tum Metrodorus Lampsacenus[3]. Diogenes quoque Apolloniates *ἐπαινεῖ τὸν Ὅμηρον ὡς οὐ μυθικῶς ἀλλ' ἀληθῶς ὑπὲρ τοῦ θείου διειλεγμένον. Τὸν ἀέρα γὰρ αὐτὸν Δία νομίζειν φησὶν κτλ.* (Philodem. de piet. c. 6[b]. Diels, Doxogr. p. 536[b]). Sophistis quam maxime placuit allegoria[4]. Cynici potius interpretationem moralem excoluerunt[5]. Democritus nonnullis locis fabulas sacras in allegoricum sensum traxit[6]. Epicurei quidem allegoriam cum mythis repudiabant[7]; tamen Lucretius eam nonnumquam admisit[8]. Scepticos acerrime eam impugnasse, id quod

---

[1] Cf. P. Decharme *La critique des traditions religieuses chez les Grecs dès origines au temps de Plutarque*, 1904, praec. p. 270—353. Decharmeo duce brevem et exilem historiae allegoriae usque ad Plutarchum conspectum confecit A. B. Hersman *Studies in greek allegorical interpretation* diss. Chicag. 1906, p. 7—23. Cf. etiam H. Schraderi prolegomena in Porphyr. quaest. Homer. ad Iliadem pertinentium reliquias 1880, 383—412; Lobeck. Aglaoph. 155 sqq.; Villoison, Theologia physica Stoicorum (in Cornuti editione facta a Friderico Osann [1844] p. 393—597), passim.

[2] = Diels *Vorsokr.* c. 72, 2.

[3] Diels *Vorsokr.* c. 48, 1—6; cf. Zeller *Phil. d. Gr.* $I^5$ 1019 n. 4; W. Nestle *Philol.* LXVI (1907) 503 sqq.

[4] Zeller III $1^4$ 330 n. 3.

[5] Zeller II $1^4$ 330 sq.; F. Dümmler *Antisthenica* 1882, 22 sq. a vero aberravit.

[6] Zeller $I^5$ 936 sq.

[7] Cf. Philodem. de piet. 18 p. 85 Gomperz; Heracliti quaest. Hom. c. 4; Wendland *Hellenist.-röm. Kultur*[2] 1912, 107.

[8] Zeller III $1^4$ 452.

mirum non est, apparet ex Cicerone de nat. deor. III 24, 62—64 et Philodemo de piet. 18 p. 85 Gomperz.

Denique allegoriae fastigium imposuerunt Stoici[1].

Qui hac fabularum interpretatione allegorica usi sunt, cum in nominibus deorum ac fabulis veterum inclusas esse quasdam doctrinas contendant, occultationem aliquam mysticam agnoscere videntur, qua antiqui poetae vel sacerdotes placita sua texerint. Et revera nonnulli allegoristae sapientiam suam „mysticam“ iactant. Audiamus Heraclitum Stoicum, qui non multo post Augusti aetatem videtur floruisse, Quaest. Homer. c. 3 in allegoriae contemptores, quales Plato et Epicurus fuerint, invehentem: *Εἰ δ' ἀμαθεῖς τινες ἄνθρωποι τὴν Ὁμηρικὴν ἀλληγορίαν ἀγνοοῦσιν οὐδ' εἰς τὰ μύχια τῆς ἐκείνου σοφίας καταβεβήκασιν, ἀλλ' ἀβασάνιστος αὐτοῖς ἡ τῆς ἀληθείας κρίσις ἔρριπται, καὶ τὸ φιλοσόφως ῥηθὲν οὐκ εἰδότες, ὃ μυθικῶς δοκεῖ πλάσαι, προαρπάζουσιν, οὗτοι μὲν ἐρρέτωσαν. Ἡμεῖς δ' οἱ τῶν ἀ β ε β ή λ ω ν ἐντὸς π ε ρ ι ρ ρ α ν τ η ρ ί ω ν ἡ γ ν ί σ μ ε θ α, σεμνὴν ὑπὸ νόμῳ τῶν ποιημάτων τὴν ἀλήθειαν ἀνιχνεύωμεν.* Qui *τῶν Ὁμηρικῶν ὀ ρ γ ί ω ν* particeps fuerit, tamquam epopta *τὴν μ υ σ τ ι κ ὴ ν αὐτοῦ σοφίαν* conspiciet (c. 53); quin haec mystica sapientia etiam ab initiis sacris repetitur (c. 6): *Ὅτι μὲν τοίνυν ὁ αὐτὸς Ἀπόλλων ἡλίῳ . . . σαφὲς ἡμῖν ἔκ τε τῶν μ υ σ τ ι κ ῶ ν λ ό γ ω ν, οὓς αἱ ἀ π ό ρ ρ η τ ο ι τ ε λ ε τ α ὶ θεολογοῦσι.* Allegoristae sunt *ἱερεῖς καὶ ζάκοροι τῶν δαιμονίων ὀργίων* Homeri (c. 79). Aliis quoque locis Platonem imitatus voces mysticas usurpat scriptor.

Sed ne decipiamur fallacibus istis verbis, ipse Heraclitus providet, cum non semel fabularum rationem mythicam et philosophicam distinguat; velut c. 3 (cf. supra) *μυθικῶς* ad sola verba refertur, *φιλοσόφως* ad rem, et c. 17 haec proferuntur: *Λαμπρά γε μὴν καὶ λίαν φιλόσοφος ὑφεδρεύει τοῖς νοουμένοις κατ' ἀλληγορίαν ἐπιστήμη.* Quid hoc sibi vult?

Mythos tum oriri Plato et Aristoteles perhibent, cum mens humana naturam rerum, quam admiratur neque claris verbis et sententiis circumscribere valet, imaginibus et figmentis quasi balbutiens enuntiare tentat. Forma igitur mythica ad naturam mythi pertinet neque ab ea divelli potest. At contra

[1] Cf. Zeller III 1⁴ 330 sqq.; Wendland *Hellenist.-röm. Kultur*² 112 sqq.; Villoison l. s. c.; alii.

Stoici et in universum allegoristae physici omnes fabulas de industria a poetis vel sacerdotibus veterum inventas esse putabant, ut placita physica vel praecepta moralia iam ratione cognita et circumscripta involucris et tegumentis vestirent[1], quo facilius populo rudi persuaderent. Ideo forma fabulosa non ex natura rei narratae exsurgit, sed extrinsecus pro fingentium libidine adiuncta est *πρὸς τὴν πειθὼ τῶν πολλῶν καὶ πρὸς τὴν εἰς τοὺς νόμους καὶ τὸ συμφέρον χρῆσιν*, ut Aristotelis verba iterum afferam. Haec causa est, cur Heraclitus philosophicum fabularum nucleum plane a tegumento mythico separet. Forma enim fabulosa viro Stoico nihil est nisi vestis doctrinae certae et definitae superaddita, quam qui semel sustulerit, iam nudam veritatem intuebitur. Ei vero qui Platone duce recta ratione mythos perscrutatus fuerit, etiamsi ad altiorem cognitionem pervenerit, pars tamen semper restabit, quae rationi non pateat. Ideo iure mythi dicuntur simul tegere et patefacere (sicut vestis corporis lineamenta partim tegit partim demonstrat), quin magis tegere quam patefacere, et quodammodo silentium observare. At qui Stoica ratione omnes mythos interpretari voluerit ita, ut nihil iam, quod rationi pervium non sit, relinquatur[2], mysticam fabularum vim plane attenuabit et destruet. Garrula haec allegoria nihil cum silentio mystico commune habet, sed ei omnino contraria est. Allegoria mythum destruit. Ideo nil mirum etiam illos sapientes, qui mythos ut ineptos et philosophia indignos aversarentur, interdum allegoria usos esse[3]; Platonem vero qui mythicum sermonem amplecteretur et magni aestimaret, interpretationem allegoricam improbasse (Phaedr. 229 C. Resp. 378 D).

Recte nos rationem quandam intercedere mythos inter et

---

[1] Cf. Zeller *Ph. d. Gr.* III 1[3], 324.

[2] Quantum Stoici ratione omnia perscrutante confisi sint, Heraclitus Quaest. Hom. 33 sq. bene ostendit, ubi Herculis historiam allegorice explicat; *οὐδεὶς γάρ*, ait c. 34, *ἄβατος φιλοσοφίᾳ χῶρος.*

[3] Ideo Schmekel *Phil. der mittleren Stoa* (1892) 207 et 317 mihi non recte ex eo, quod Panaetius et Posidonius fabulas respuebant (cf. Sexti emp. adv. phys. I 66, apud Schmekel p. 266: *Κοινῶς πάντα μῦθον μάχην περιεσχηκέναι συμβέβηκε καὶ ἀδύνατον εἶναι*), concludere videtur, illos allegoriam quoque repudiare debuisse.

silentium mysticum statuisse apparet etiam ex eo, quod Stoici eodem modo paribusque argumentis (etsi falsis) et mythos et reticentiam mysticam explicare studuerunt. „Relatum est in litteras“, scribit S. Augustinus de civ. dei IV 27, „doctissimum pontificem Scaevolam disputasse tria genera tradita deorum: unum a poetis, alterum a philosophis, tertium a principibus civitatis. Primum genus nugatorium dicit esse, quod multa de dis fingantur indigna; secundum non congruere civitatibus, quod habeat aliqua supervacua, aliqua etiam quae obsit populis nosse. De supervacuis non magna causa est ... Quae sunt autem illa, quae prolata in multitudinem nocent? ‘Haec, inquit, non esse deos Herculem Aesculapium Castorem Pollucem; proditur enim a doctis, quod homines fuerint et humana condicione defecerint.’ Quid aliud? ‘Quod eorum qui sint di non habeant civitates vera simulacra, quod verus deus nec sexum habeat nec aetatem nec definita corporis membra.’ Haec pontifex nosse populos non vult; nam falsa esse non putat. Expedire igitur existimat falli in religione civitates. Quod dicere etiam in libris rerum divinarum Varro ipse non dubitat.“ Et Varronem et Q. Mucium Scaevolam hanc theologiae tripartitionem a Graecis accepisse Augustinus de civ. dei VI 12 nos docet: „Nunc propter tres theologias, quas Graeci dicunt mythicen physicen politicen, Latine autem dici possunt fabulosa naturalis civilis“ eqs. Ipsa vox theologiae physicae Stoicam originem sapit; et Q. Mucius Scaevola pont. max. Panaetii philosophi Stoici auditor fuit[1], quocum consentit, quod docet theologiam quidem unice veram esse physicam, tamen quia populo indocto nudam veritatem scire magis obsit quam prosit, adhibitos esse a principibus civitatis mythos. Ex quo apparet mythos secundum Stoicam doctrinam confictos esse, sicut vel Aristoteles docebat, rationibus utilitatis publicae idque non solum, ut populus doctrina qualicumque facilius imbueretur (id quod supra exposuimus), sed etiam ut rudis plebs de integra veritate, cuius capax non esset, celaretur. Colitur igitur silentium, at non mysticum, sed, ut ita dicam, politicum; neque enim reverentia numinis

[1] A. Schmekel *Phil. der mittleren Stoa* p. 446 cf. 317. Quisnam auctor huius theologiae tripartitionis fuerit, non satis constat.

(*θεῶν σέβας*), sed utilitas rei publicae reticentiam flagitat. Haec denique explicatio ad ipsam mysteriorum reticentiam translata est. Augustinus enim de civ. dei IV 31 inducit Varronem ex Stoicorum sententia haec dicentem: „Homo acutissimus (Varro) satis indicat non se aperire omnia, quae non sibi tantum contemptui essent, sed etiam ipsi vulgo despicienda viderentur, nisi tacerentur. Ego ista conicere putari debui, nisi evidenter alio loco ipse diceret de religionibus loquens multa esse vera, quae non modo vulgo scire non sit utile, sed etiam, tametsi falsa sunt, aliter existimare populum expediat, et ideo Graecos teletas ac mysteria taciturnitate parietibusque clausisse[1]. Hic certe totum consilium prodidit velut sapientium, per quos civitates et populi regerentur". Inde concludamus oportet Stoicos illos mysteriis doctrinam theologicam Stoicae simillimam attribuisse, quae ne in vulgus indoctum et imperitum excideret eique noceret, reticentiae lege custodienda fuerit. Sane quam longe Stoici a vera silentii mystici significatione intellegenda afuerint, nemo est quin videat. Quodsi nihilominus interpretationes suas physiologicas „mysteria doctrinae" vocitabant (Augustin. de civ. d. VII 5), hoc eodem modo accipiendum est, quo supra Heraclitum sapientiam suam „mysticam" iactare vidimus. Nam et mythi et mysteria vigore mystico tali interpretationis ratione plane spoliantur.

Nihilominus eo quod Stoici tantopere et interpretatione allegorica et aliis modis philosophiam cum sacris popularibus conciliare studebant, certe ostenditur eos illa destruere non voluisse, sed magna cum cura superstitioni et cultui vulgari conservando operam dedisse, vel quia intellexerant omnem religionem mythis et ritibus sustentandam esse vel quia sperabant se populi opiniones altiore significatione et dignitate

[1] Cf. Firmian. Lactant. Divin. instit. V 19, 19; 465, 6 sqq. Br.: „Hinc fida silentia sacris (Vergil. Aen. III 112) instituta sunt ab hominibus callidis, ne sciat populus, quid colat". Consilium celandi non hominibus, sed ipsis dis tribuitur apud Arnob. adv. nat. V 42 p. 211, 2 sqq. R.: „Nisi forte dicetis ... deos sua mysteria nolle ab hominibus sciri et idcirco historias ambagibus esse allegoricis scriptas". De quo argumento Stoico, ut videtur, cf. Guil. Kroll *Rh. Mus.* LXXII (1917) 81.

replere posse[1]. Accedit quod etsi mundum ipsum deum esse praedicabant, tamen cum inter aethera mere divinum et res subaethereas magis magisque materiae concretione inquinatas distinguerent, cum praeterea animum hominis „divinae particulam aurae“ corpore obrutum et gravatum esse contenderent, pantheismo quem nos vocamus moderato utebantur. Ideo doctrina Stoica quamquam, si sibi constabat, rei mysticae non favebat, tamen nonnumquam speciem mysticam induebat[2]. Facile igitur fieri potuit, ut nonnulli doctores Stoici elementa mystica ex Platonicis maxime fontibus hausta cum placitis Stoicis coniungerent, id quod in media quae dicitur Stoa a Posidonio imprimis factum esse scimus. Quomodo hac re allegoria Porticus paullatim mutata sit, postea accuratius videbimus. Silentium sane mysticum iam rectius perspectum esse ab his viris et maioris aestimatum esse suspicari facile est idque postea probabimus.

Plane a Stoicorum de silentio mystico et de fabulis sententia dissentire videtur, quod legimus apud Strabonem X 467 C: *Κοινὸν δὴ τοῦτο καὶ τῶν Ἑλλήνων καὶ τῶν βαρβάρων ἐστὶ τὸ τὰς ἱεροποιίας μετὰ ἀνέσεως ἑορταστικῆς ποιεῖσθαι . . . καὶ τὰς μὲν μυστικῶς, τὰς δὲ ἐν φανερῷ· καὶ τοῦθ᾽ ἡ φύσις οὕτως ὑπαγορεύει . . . ἥ τε κρύψις ἡ μυστικὴ τῶν ἱερῶν σεμνοποιεῖ τὸ θεῖον, μιμουμένη τὴν φύσιν αὐτοῦ φεύγουσαν ἡμῶν τὴν αἴσθησιν.* Locus sane gravissimus est dignusque quem accuratius examinemus. Philosophi enim quos adhuc tractavimus, quid de *κρύψει μυστικῇ* sentirent, eo potissimum aperuerunt, quod aut silentii mystici disciplinam vel saltem artis vocabula ad philosophiam transferebant aut allegoricam interpretationem modo quo supra diximus adhibebant. Nunc primum via ac ratione in naturam silentii mystici inquisitio instituitur. Iis enim temporibus, quibus duce Aristotele viri docti omnes res humanas divinasque ad certas doctrinas

---

[1] Cf. Wendland *Hellenist.-röm. Kultur*[2] 111.

[2] Iam Chrysippum interdum voces mysticas in usum vocasse ex Etymol. M. efficitur i. v. *τελετή* (fr. 1008 Arn.) *Χρύσιππός φησι τοὺς περὶ τῶν θείων λόγους εἰκότως καλεῖσθαι τελετάς, χρῆναι γὰρ τούτους τελευταίους καὶ ἐπὶ πᾶσι διδάσκεσθαι τῆς ψυχῆς ἐχούσης ἕρμα καὶ πρὸς τοὺς ἀμυήτους σιωπᾶν δυναμένης.* Haec ex Chrysippi quarto *περὶ βίων* sumta esse docet Plutarchus de Stoic. rep. 9 p. 1035 AB (fr. 42 A.; cf. Lobeck, Agl. 124 n.).

redigere studuerunt, etiam sacrarum institutionum vis ac natura tractari coepta est. Et sicut antea philosophi res ex cultu deorum et mysteriis petitas suo modo transformatas in usum vocabant, ita nunc institutis sacris et mysticis opiniones suas philosophicas attribuebant (id quod in mythis explicandis factum esse supra vidimus). Silentio quoque mystico explicando viros doctos operam navasse testatur ille Strabonis locus. De deorum festis agit, quae aut publice fiunt aut in abscondito; et *ἡ κρύψις ἡ μυστικὴ τῶν ἱερῶν* (quae aut reticentia aut alio modo occultari possunt) dicitur *σεμνοποιεῖν τὸ θεῖον*. Numen, quod in quolibet deo vel qualibet dea colitur, silentio augustum et sanctum esse agnoscitur et praedicatur, dignitas eius et maiestas tacendo effertur. Quomodo hoc fit? Imitatur silentium naturam divinam, quippe quae sensum nostrum fugiat. Tantae igitur maiestatis est divinitas et tantopere sensum et intelligentiam (*αἴσθησις* enim latiore significatione accipienda est) humanam superat, ut homo mente, nedum sermone illam assequi et circumscribere nequeat, qua re agnita os humanum silet. Ergo tacere modus quidam deum colendi eiusque magnitudinem praedicandi est. Primo obtutu apparet hanc doctrinam, qua deus quam maxime a mundo et ab homine distinguitur, a Porticu alienam esse et Platonismum potius sapere. Praeterea *ἡ μίμησις* philosophiam Platonis redolet, apud quem omnes res mundanae *μιμήματα* sunt exemplarium divinorum[1]. Certe scriptor etiam illud Heracliti ante oculos habuit (fr. 123 Diels.): *Ἡ φύσις κρύπτεσθαι φιλεῖ,* hancque sententiam non ad solam naturam rerum, sed ad naturam numinis, quod in omnibus dis populi inest, accommodavit. Quod vero *ἡ φύσις* perhibetur *ὑπαγορεύειν* aliquid, reminiscamur et ab Epicureis et a Stoicis naturam summam agendi magistram habitam esse.

Strabo celeberrimam illam operis sui partem, qua de Curetum et Corybantium orgiis agit, quae sententiam supra allatam exhibet, Apollodori Atheniensis libris *περὶ νεῶν* debere videtur[2]. Huic viro optime conveniunt, quae supra de indole

---

[1] Cf. Resp. 500 E, 592 B; Tim. passim; cf. etiam Aristot. Met. I 6 p. 987b 7.

[2] Bened. Niese *Rh. Mus.* XXXII (1877) 285 sq. Cf. 286 n. 3: *Wie angemessen übrigens dieser ganze Exkurs dem Verfasser der Schrift περὶ*

doctrinae, de qua agimus, exponere conati sumus, cum eum sacris popularibus operam navasse et naturam rerum divinarum Platone potissimum duce maiore quam Stoicos pietate considerasse rectiusque perspexisse sciamus [1].

At quisquis huius doctrinae auctor fuit [2], certe silentium mysticum explicare studuit ita, ut *τὸ τῶν θεῶν σέβας*, quod iam in hymno Homerico mystis tamquam silendi causa propositum erat, argumentis philosophicis solidioribus fulciret confirmaretque, hacque ratione primus quod sciamus veram silentii mystici doctrinam statuit et in medio posuit. Quae sententia de numine quodammodo tacente ideoque silentio hominis colendo quomodo a philosophis et theologis propagata et exculta sit, proximo capite cognoscemus. Iam nunc observes velim reticentiam apud Strabonem in unum confluere videri cum taciturnitate, qua de re iterum dicemus.

---

θεῶν [Apollodoro] *wäre, braucht nicht gesagt zu werden.* Idem senserunt G. Kaibel *Gött. Nachr.* 1901, 501 et Ed. Schwartz apud Pauly-Wissowa RE I 2874. Contra dicit Christ-Schmid *Gesch. d. griech. Lit.* II⁵ 302 *(In Apollodoros' Ansichten von der Religion würde uns Strabo 477* [lege 467] *einen tieferen Einblick gewähren, wenn es nicht besser wäre, diese Stelle auf Poseidonios als auf Apollodoros zurückzuführen)*, sed haec sententia neque argumentis stabilitur neque per se probabilis est.

[1] Cf. Ed. Schwartz l. s. c.: *Gewiß hat A. auf die stoische Theologie Rücksicht genommen* — sed non in omnibus eam amplexus est. *Das Werk ist ein Symptom des wiedererwachenden religiösen Bewußtseins, das von der rationalistischen Aufklärung und der irreligiösen Theologie der Stoa in die niederen Volksschichten zurückgejagt war und dort lange geschlummert hatte. Wie immer ist Platons Einfluß auch hier anzunehmen.*

[2] Strabonis ipsius certe non est, utpote qui rei mysticae parum deditus fuerit; cf. Decharme *La critique des traditions religieuses* p. 395—399.

## III

## De philosophorum et theologorum qui aevo imperatorum floruerunt praeter Neoplatonicos silentio mystico

Strabonis locus supra allatus ab aetate q. d. hellenistica ad aevum imperatorum transitum efficit non solum eo, quod a Strabone quidem traditus est, sed ad scriptorem vetustiorem redit, verum etiam quod ratio philosophica quam exhibet posteriorum placita praeparat eorumque quasi semina continet. Studium enim rei mysticae, cui tempora hellenistica exeuntia dedita fuisse ille locus demonstrat, magis etiam aevo imperatorum exarsit.

Hac enim aetate animi hominum et longis bellorum civilium calamitatibus curvati et Stoicismi duritia deterriti vel scepticismi fastidio defatigati ad rem mysticam quasi ad tranquillum et felicem portum confugiebant [1]. Propterea mysteria Graeca revixerunt et vires recollegerunt; sodalicia Orphica et ratio vivendi Pythagorica rursus effloruerunt. Sed maior quam institutis Graecis vis et auctoritas accrevit illis sacris mysticis, quae inde ab Alexandro Magno ex opinionibus divinis Graecorum et Orientalium congredientibus prodierant et mysteriorum formam induerant [2]. Haec tunc in dies invales-

[1] Cf. Wendland *Hellenist.-röm. Kultur* [2] 151 sqq.; Cumont *Die orientalischen Religionen im röm. Heidentum* 1910, 24 sqq. — Cf. etiam quae A. Schmekel in fine libri s. c. de tribus gradibus philosophiae se excipientibus — cognitionem dico naturae, hominis, dei — disseruit.

[2] Cumont l. s. c. 242; de sacris Phrygiis 62; de Aegyptiacis 90 sqq., 117; de Syriacis 141; de Mithriacis 174. Cf. Wendland l. s. c. 132; R. Reitzenstein *Die hellenistischen Mysterienreligionen* 1910, 2 sqq.

cebant et Occidentem quoque invadebant; quin etiam inundabant [1].

Neque philosophia sensu mystico reviviscente non tacta est, sed magis magisque vertitur in theologiam [2], cui id est propositum, ut mentem ad mysticam mundi et dei contemplationem perducat [3]. Haec theologia temporum quae praecesserunt studiis mysticis innititur. Ideo placitorum Orphicorum, quae iam Plato nonnumquam non spreverat, magna fuit apud Neopythagoreos et Neoplatonicos auctoritas. Philosophiae Pythagoricae et Platonicae fontes oblivione paene obruti denuo detecti et aperti sunt. Denique philosophia etiam cum ipsis Orientalium sacris mysticis conubium contraxit [4], ex quo tales doctrinae natae sunt, quae philosophicae sint an ad religiones pertineant discerni vix potest. Haec porro societas inter philosophiam et sacra populi inita effecit, ut sermone symbolico homines quam maxime delectarentur, cum haec unica esset ratio res ab initio diversissimas inter se conciliandi. Nunc fabulae antiquae et caerimoniae cultus reconditae sapientiae symbola esse creduntur [5].

Quae cum ita sint, mirum non est aevo imperatorum silentium mysticum etiam apud philosophos non solum iterum ad honores pervenisse, sed honoribus esse auctum. Singularum scholarum testimoniis primum collectis videamus deinceps, quaenam cuiusque scholae de silentio mystico fuerit sententia, quae in usurpanda silentii disciplina voluntas, qua in re omnes consenserint, quales semina doctrinae a prioribus iacta fructus reddiderint, quibus rebus posteriores ab illis discrepaverint.

Ac primum quidem nobis obviam fiunt N e o p y t h a g o r e i quos nos vocamus; nam ipsi Pythagoreorum nomine gloriabantur. Quorum libri in tres classes distingui possunt. Nam aut vitam Pythagorae et Pythagoricam rationem vivendi descripserunt, ita tamen, ut veteribus sua ipsorum placita adscriberent et eorum res gestas tamquam formam vitae agendae proponerent; aut sententias suas scriptis condiderunt, quae

---

[1] Cumont passim; Wendland 129 sqq. [2] Wendland 159.
[3] Wendland 61, 134 sqq. [4] Wendland 152.
[5] Wendland 152. 159 sq.; cf. Cumont 40.

ipsi Pythagorae vel veteribus Pythagoreis attribuerunt; aut proprio Marte libros ediderunt.

Librorum, quos de Pythagora eiusque discipulis et asseclis conscripserunt cum alii tum Apollonius Tyaneus et Nicomachus Gerasenus, non parvam partem nobis Porphyrius et Iamblichus Neoplatonici servaverunt. Nam ut Apollonius et Nicomachus vetustiorum, qui de Pythagora scripserant, inter quos eminet Timaeus Tauromenita, libris (qui erroribus et figmentis multis iam erant repleti) usi erant, ita cum Porphyrius tum maxime Iamblichus illos excerpserunt idque ita, ut ex Porphyrio et Iamblicho quid Neopythagorei de Pythagora et de philosophia Pythagorica docuerint plane erui possit[1].

Tot vero locis de silentio Pythagoreorum garruli illi scriptores verba faciunt, ut paene nauseam moveant. Nos eos locos qui inter se affines sunt coniunctos afferimus.

Nonnulla placita a Pythagoreis reticeri solita esse legimus Iamblichi vitae Pythagoricae § 31: *Ἱστορεῖ δὲ καὶ Ἀριστοτέλης*[2] *ἐν τοῖς περὶ τῆς Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας διαίρεσίν τινα τοιάνδε ὑπὸ τῶν ἀνδρῶν ἐν τοῖς πάνυ ἀπορρήτοις διαφυλάττεσθαι κτλ.* Porphyrius v. Pythagorae § 20 (ut videtur Nicomacho auctore) haec profert: *Ἕν τι τῶν παρ᾽ αὐτοῖς ἐν τοῖς μαθήμασιν ἀπορρήτων προχειρισάμενοι . . . τὴν λεγομένην τετρακτὺν κτλ.* Iambl. v.P. 227 (auctoribus Apollonio et Nicomacho): *Τὰ κυριώτατα καὶ συνεκτικώτατα τῶν ἐν αὐτῇ δογμάτων ἀπόρρητα ἐν ἑαυτοῖς διεφύλαττον ἅπαντες ἀεί, μετὰ ἀκριβοῦς ἐχεμυθίας πρὸς τοὺς ἐξωτερικοὺς ἀνέκφορα διατηροῦντες, ἀγράφως ἐν μνήμῃ τοῖς διαδόχοις ἅπερ* (*καθάπερ* Nauck) *μυστήρια μεταδιδόντες.* Huc spectant etiam quae Iamblichus in libri de communi mathematica scientia c. 24 p. 74 sq. Fest. exhibet de Pythagoreis dicens: (*τῶν θεωρημάτων*) *τὴν μετάδοσιν ἐποιοῦντο . . . ἐν ἀπορρήτοις.*

Eodem loco pergit Iamblichus: *Ὀλίγοις τε πάνυ τῆς γνώσεως αὐτῶν ἐκοινώνουν, καὶ εἴ πού τι ἔκφορον γένοιτο εἰς*

[1] Cf. E. Rohde *Die Quellen des Iamblichus in seiner Biographie des Pythagoras*, M. Rh. XXVI (1871) 554—576; XXVII (1872) 23—61 = *Kl. Schr.* II 102—172; Guil. Bertermann, De Iamblichi vitae Pythagoricae fontibus, diss. Regimont. 1913. De fontibus vitae Pythagorae Porphyrianae egit E. Rohde *Der griechische Roman*[2] p. 272 n. 2.

[2] Cf. supra p. 31 n. 1.

*τοὺς πολλούς, ἀφωσιοῦντο τοῦτο ὡς ἀσέβημα. Διόπερ ἀπωθοῦντο καὶ τοὺς ἔξω τῆς συνηθείας ὡς ἀναξίους ὄντας αὐτῶν μεταλαμβάνειν. Ὑπέλαβε γὰρ Πυθαγόρας οὐ πᾶσι δεῖν κοινωνεῖν τῆς ἐν τοῖς μαθήμασι φιλοσοφίας, ἀλλ' αὐτοῖς μόνοις, οἷσπερ ἂν τις τοῦ παντὸς βίου κοινωνήσειε. Καὶ πρὸς ταύτην τὴν ὁμιλίαν οὐκ εἰκῇ προσίετο οὐδὲ τοὺς τυχόντας, ἀλλὰ πεῖράν τε λαμβάνων ἐν πολλῷ χρόνῳ καὶ τοὺς ἀναξίους ἀπωθούμενος. . . . Καὶ τοῖς μὲν ἔξω τῆς συνηθείας οὐκ ἐποιήσατο κοινὴν τὴν δι' αὐτοῦ γενομένην ἐπίδοσιν ἀπορρήτους ποιησάμενος πρὸς τοὺς ἄλλους τοὺς περὶ αὐτῶν λόγους κτλ.* Ergo pauci sunt, qui ad scientiam Pythagoricam admittuntur iique magna cum cura ex dignis deligendi. Non omnibus promiscue sapientiam vendendam esse docuit Pythagoras, ut ait Iambl. v. P. 245, *αὐτὸν δὲ συνεπικρύπτεσθαι πολὺ τῶν λεγομένων, ὅπως οἱ μὲν καθαρῶς παιδευόμενοι σαφῶς αὐτῶν μεταλαμβάνωσιν, οἱ δ', ὥσπερ Ὅμηρός φησι τὸν Τάνταλον, λυπῶνται παρόντων αὐτῶν ἐν μέσῳ τῶν ἀκουσμάτων μηδὲν ἀπολαύοντες.*

Discipulis qui recipiuntur, ut linguam coercere discant et reticentiae assuescant, quinque annorum silentium imponitur auctore Iambl. v. P. 72 (quae sumpta sunt ex Apollonio et Timaeo; cf. [Lysidis] epistula ibid. 76): *(Πυθαγόρας) τοῖς προσιοῦσι προσέταττε σιωπὴν πενταετῆ, ἀποπειρώμενος πῶς ἐγκρατείας ἔχουσιν, ὡς χαλεπώτερον ⟨ὂν⟩ τῶν ἄλλων ἐγκρατευμάτων τοῦτο, τὸ γλώσσης κρατεῖν* (similia 195), *καθὰ καὶ ὑπὸ τῶν τὰ μυστήρια νομοθετησάντων ἐμφαίνεται ἡμῖν . . ., αὐτοὶ δὲ . . . μετὰ τὴν πενταετῆ σιωπὴν ἐσωτερικοὶ λοιπὸν ἐγίνοντο.* Quin Pythagoras taciturnitatis est inventor (Iambl. v. P. 32 auct. Nicomacho et Timaeo): *Ἐχεμυθία . . . δι' αὐτὸν ἐφάνη*, et vocem quoque novam qua illam significaret invenisse dicitur, ut concludi potest ex Iambl. v. P. 94 (auct. Nicomacho et Aristoxeno): *Πρῶτον μὲν οὖν ἐν τῷ λαμβάνειν τὴν διάπειραν ἐσκόπει, εἰ δύνανται ἐχεμυθεῖν· τούτῳ γὰρ δὴ καὶ ἐχρῆτο τῷ ὀνόματι· καὶ καθεώρα εἰ μανθάνοντες ὅσα ἂν ἀκούσωσιν οἷοί τέ εἰσι σιωπᾶν καὶ διαφυλάττειν, ἔπειτα εἰ εἰσὶν αἰδήμονες, ἐποιεῖτό τε πλείονα σπουδὴν τοῦ σιωπᾶν ἤπερ τοῦ λαλεῖν.* Ideo discipulos magis audire quam loqui convenit (Iambl. v. P. 163 auct. Nicom. et Androc.): *Σιωπηλοὺς δὲ εἶναι (τοὺς Πυθαγορείους) καὶ ἀκουστικοὺς καὶ ἐπαινεῖσθαι*

*παρ' αὐτοῖς τὸν δυνάμενον ἀκοῦσαι.* Sed non solum taciturnitas, sed etiam altum summumque silentium a Pythagora originem duxit (Iambl. v. P. 68 auct. Apoll. et Tim.; idem 188): *(Π. κατέδειξε) ἐχεμυθίαν τε καὶ παντελῆ σιωπὴν πρὸς τὸ γλώσσης κρατεῖν συνασκοῦσαν ἐπὶ ἔτη πολλά.* Quid sibi voluerit hoc exercitium, Iambl. 246 docet: *Οὔτε δὲ λέγειν οὔτε συγγράφειν οὕτως ἠξίουν ὡς πᾶσι τοῖς ἐπιτυχοῦσι κατάδηλα εἶναι τὰ νοήματα, ἀλλ' αὐτὸ δὴ τοῦτο διδάξαι λέγεται Πυθαγόρας τοὺς αὐτῷ προσφοιτῶντας, ὅπως ἀκρασίας ἁπάσης καθαρεύοντες ἐν ἐχερρημοσύνῃ φυλάττωσιν οὓς ἂν ἀκροάσωνται λόγους*[1].

Silentium praecipue ad res divinas pertinet; cf. Porphyr. v. P. 38 = Iambl. v. P. 100: *Παρῄνει δὲ περὶ μὲν τοῦ θείου καὶ δαιμονίου καὶ ἡρῴου εὔφημον εἶναι.* Apud Porphyr. v. P. 42 hoc symbolum traditur et explicatur: *Θεῶν εἰκόνας ἐν δακτυλίοις μὴ φορεῖν, τοῦτ' ἔστι τὴν περὶ θεῶν δόξαν καὶ λόγον μὴ πρόχειρον μηδὲ φανερὸν ἔχειν μηδὲ εἰς πολλοὺς προφέρειν.* Plutarchi fr. (apud Bernardak. VII p. 150, ex Stob. flor. 33, 17 M. III 33, 16 p. 681, 23sq. H.; cf. Plut. g. f. de Homero c. 149) haec exhibet: *Τοῦτο ἐκσίγησιν οἱ Πυθαγόρειοι καλοῦντες οὐδὲν ἀπεκρίνοντο τοῖς περὶ θεῶν ὅ τι τύχοιεν ἰταμῶς καὶ εὐχερῶς ἐρωτῶσι.* Non solum quia ad res divinas pertinet, silentium ipsum appellatur divinum, sed etiam, quod di illius quasi exempla sunt. Plutarch. quaest. conviv. VIII 8, 1 p. 728 F: *Καὶ ὅλως θεῖον ἡγεῖσθαι τὴν σιωπὴν τοὺς ἄνδρας* (i. e. Pythagoreos), *ἅτε δὴ καὶ τῶν θεῶν ἔργοις καὶ πράγμασιν ἄνευ φωνῆς ἐπιδεικνυμένων ἃ βούλονται τοῖς ξυνετοῖς*[2]. Ut homines exemplum divinum imitentur, symbolum quoddam Pythagoricum praecipit (Iambl. protr. c. 21 symb. 6 p. 107 et 112 Pistelli.): *Γλώσσης πρὸ τῶν ἄλλων κράτει θεοῖς ἑπόμενος.* Ideo qui silet, quodammodo deum honorat, ut tradit Porphyrius de antro nymph. 27: *Διὰ τοῦθ' οἱ Πυθαγόρειοι καὶ οἱ παρ' Αἰγυπτίοις σοφοὶ μὴ λαλεῖν ἀπηγόρευον διερχομένους ἢ πύλας ἢ θύρας.*

---

[1] Etiam nomen Pythagorae pronuntiare dubitabant teste Iambl. v. P. 88 et 255; ibid. 143: *Λέγουσι δὲ καὶ ὅτι τὴν οἰκίαν αὐτοῦ ὁ πριάμενος καὶ ἀνορύξας ἃ μὲν εἶδεν οὐδενὶ ἐτόλμησεν εἰπεῖν.*

[2] Cf. Menander (apud Stob. ecl. I 1, 11 p. 25, 1sq. W.) *ἅπαντα σιγῶν ὁ θεὸς ἐξεργάζεται.*

*σεβόμενοι ὑπὸ σιωπῆς θεὸν ἀρχὴν τῶν ὅλων ἔχοντα.* Praeceptum certe veterum Pythagoreorum vel Aegyptiorum est[1]. interpretatio vero Neopythagorica.

Praeceptis non contenti scriptores exempla silentii aut fortiter servati aut, non sine ultione divina, violati proponunt. Iambl. v. P. 193 (cf. Porphyr. v. P. 61) Nicomachum secutus, qui Hippobotum et Neanthem exscripserat, narrat Mylliam eiusque uxorem Timycham maluisse mori, quin etiam Timycham potius linguam dentibus abscidisse quam secretum quod est de fabis non calcandis prodidisse. At Hippasum sectae doctrinas evulgasse tradit Iambl. v. P. 88 = de comm. math. scientia c. 25 p. 77 Fest. (auct. Nicomacho et Androcyde): *Περὶ δ' Ἱππάσου μάλιστα, ὡς ἦν μὲν τῶν Πυθαγορείων, διὰ δὲ τὸ ἐξενεγκεῖν καὶ γράψασθαι*[2] *πρῶτος σφαῖραν τὴν ἐκ τῶν δώδεκα πενταγώνων ἀπώλετο κατὰ θάλασσαν ὡς ἀσεβήσας.* Lysidem Pythagoreum sodalem secreti proditorem graviter obiurgasse legimus apud Iambl. v. P. 75 (auct. Nicom. et Tim.): *Διόπερ καὶ Λῦσις Ἱππάρχῳ* (lege *Ἱππάσῳ* coll. Diog. Laert. VIII 42, cf. Diels *Vors.* I c. 8, 4) *τινὶ ἐπιπλήττων, μεταδιδόντι τῶν λόγων τοῖς ἀνεισάκτοις καὶ ἄνευ μαθημάτων καὶ θεωρίας ἐπιφυομένοις, φησί· „Φαντὶ δέ τυ καὶ δημοσίᾳ φιλοσοφὲν τοῖς ἐντυγχάνουσι, τόπερ ἀπαξίωσε Πυθαγόρας, ὡς ἔμαθες μέν, Ἵππαρχε, μετὰ σπωδᾶς, οὐκ ἐφύλαξας δὲ . . . εἰ μὲν ὦν μεταβάλοιο, χαρησοῦμαι, εἰ δὲ μή γε, τέθνακας. Διαμεμνᾶσθαι γὰρ ὅσιον εἴη κα τῶν τήνω θείων καὶ ἀνθρωπείων παραγγελμάτων, μηδὲ κοινὰ ποιέεσθαι τὰ σοφίας ἀγαθὰ τοῖς οὐδ' ὄναρ τὰν ψυχὰν κεκαθαρμένοις. Οὐ γὰρ θέμις ὀρέγειν τοῖς ἀπαντῶσι τὰ μετὰ τοσούτων ἀγώνων πορισθέντα, οὐδὲ μὰν βεβάλοις τὰ ταῖν Ἐλευσινίαιν θεαῖν μυστήρια διαγέεσθαι. Κατ' ἰσότατα δὲ ἄδικοι καὶ ἀσεβέες τοὶ ταῦτα πράξαντες" κτλ.* Quid sibi velit illud *τέθνακας*, melius cognoscitur ex Iambl. v. P. 246 sq. (Timaeum secuto): *Τὸν γοῦν πρῶτον ἐκφήναντα τὴν τῆς συμμετρίας καὶ ἀσυμμετρίας φύσιν τοῖς ἀναξίοις μετέχειν τῶν λόγων οὕτως φασὶν ἀποστυγηθῆναι, ὡς μὴ μόνον ἐκ τῆς κοινῆς συνουσίας καὶ διαίτης ἐξορισθῆναι, ἀλλὰ*

---

[1] Similes mores collegit L. Radermacher *Beiträge zur Volkskunde aus dem Gebiete der Antike.* Wiener Sitzungsber. 187, 3 (1918) 63 sq.

[2] *Γράψαι* mavult Nauckius; at cf. Numenius fr. 1 (infra c. IV) *ἐγράψατο.*

*καὶ τάφον αὐτοῦ κατασκευασθῆναι, ὡς δῆτα ἀποιχομένου ἐκ τοῦ μετ᾽ ἀνθρώπων βίου τοῦ ποτε ἑταίρου γενομένου.* § 247 additur (f. auct. Androcyde): *Οἱ δέ φασι καὶ τὸ δαιμόνιον νεμεσῆσαι τοῖς ἐξώφορα τὰ Πυθαγόρου ποιησαμένοις· φθαρῆναι γὰρ ὡς ἀσεβήσαντα ἐν θαλάσσῃ τὸν δηλώσαντα τὴν τοῦ εἰκοσαγώνου σύστασιν . . . ἔνιοι δὲ τὸν περὶ τῆς ἀλογίας καὶ τῆς ἀσυμμετρίας ἐξειπόντα τοῦτο παθεῖν ἔλεξαν.* Cf. Clemens Alex. strom. V § 57, 3.

Hinc factum esse dicebant, ut doctrina Pythagorica post totius fere sectae interitum paene evanesceret (Iambl. v. P. 252 sq. auct. Nicom. = Porphyr. v. P. 57 sq.[1]): *Τότε δὴ οὖν συνεκλιπεῖν συνέβαινε τὴν ἐπιστήμην τοῖς ἐπισταμένοις, ἅτε δὴ ἄρρητον ὑπ᾽ αὐτῶν ἐν τοῖς στήθεσι διαφυλαχθεῖσαν μέχρι τότε, τὰ δὲ δυσσύνετα μόνα καὶ ἀδιάπτυκτα*[2] *παρὰ τοῖς ἔξω διαμνημονεύεσθαι συνέβη, πλὴν ὀλίγων πάνυ, ὅσα τινὲς ἐν ἀποδημίαις τότε τυχόντες διέσωσαν ζώπυρα ἄττα πάνυ ἀμυδρὰ καὶ δυσθήρατα.* Hi soli in locis desertis habitabant, sed ne penitus *τὸ φιλοσοφίας ὄνομα* ex hominibus periret, *ὑπομνήματά τινα κεφαλαιώδη καὶ συμβολικὰ συνταξάμενοι τά τε τῶν πρεσβυτέρων συγγράμματα καὶ ὧν διεμέμνηντο συναλίσαντες κατέλιπον ἕκαστος οὗπερ ἐτύγχανε τελευτῶν, ἐπισκήψαντες υἱοῖς ἢ γυναιξὶ μηδενὶ „δόμεναι τῶν ἐκτὸς τᾶς οἰκίας". Αἱ δὲ μέχρι παμπόλλου χρόνου τοῦτο διετήρησαν, ἐκ διαδοχῆς τὴν αὐτὴν ταύτην ἐντολὴν ἐπιστέλλουσαι τοῖς ἐπιγόνοις.*

At non solum profanos severissime a secretae sapientiae Pythagoricae cognitione prohibitos esse, sed etiam ipsos magistri asseclas non omnes pari modo doctrinae participes fuisse dicebant, cum inter mathematicos et acusmaticos distingueretur, etsi de ratione discriminis non plane consentiunt scriptores. Iambl. de comm. math. scientia c. 25 p. 76 Fest. = v. P. 81, ubi verba secundum lectionem libri de comm. math. sc. emendanda sunt, (auct. Nicom. et Aristot.) haec scribit: *Δύο δ᾽ ἐστὶ τῆς Ἰταλικῆς φιλοσοφίας εἴδη, καλουμένης δὲ Πυθαγορικῆς. Δύο γὰρ ἦν γένη καὶ τῶν μεταχειριζομένων αὐτήν, οἱ μὲν ἀκουσματικοί, οἱ δὲ μαθηματικοί* (cf. Iambl. v. P. 30). *Τού-*

[1] Cf. etiam Iambl. v. P. 2; Porphyr. v. P. 53: *Τὴν φιλοσοφίαν ταύτην συνέβη σβεσθῆναι, πρῶτον μὲν διὰ τὸ αἰνιγματῶδες κτλ.*

[2] Acusmata videntur significari.

των δὲ οἱ μὲν ἀκουσματικοὶ ὡμολογοῦντο Πυθαγόρειοι εἶναι ὑπὸ τῶν ἑτέρων, τοὺς δὲ μαθηματικοὺς οὗτοι οὐχ ὡμολόγουν, οὔτε τὴν πραγματείαν αὐτῶν εἶναι Πυθαγόρου, ἀλλὰ Ἱππάσου κτλ. Ratio distinguendi a Nicomacho apud Iambl. de comm. math. sc. c. 25 p. 77 Fest. = v. P. 88 in eo posita esse dicitur, quod Pythagoras senioribus breviter et argumentis non adiectis praecepta (*ἀκούσματα ἀναπόδεικτα καὶ ἄνευ λόγου*) tradiderit, cum minoribus vero natu *διὰ ἀποδείξεως καὶ τῶν μαθημάτων* conversatus sit. Simili, etsi non eodem[1] modo res explicatur apud Porphyr. v. P. 37[2], et praemittuntur haec: *Ὅσα γε μὴν τοῖς προσιοῦσι διελέγετο, ἢ διεξοδικῶς ἢ συμβολικῶς παρῄνει. Διττὸν γὰρ ἦν αὐτοῦ τῆς διδασκαλίας τὸ σχῆμα*[3]. Ergo brevis illa et compendiosa docendi ratio vocatur *συμβολική*.

Hac voce ad symbola Pythagorica adducimur. Supra quid apud veteres Pythagoreos sibi voluissent exposuimus; nunc de recentiorum Pythagoreorum sententia quaeramus.

Iamblichus v. P. 20 (auct. Apollonio) in universum refert Pythagoram symbolicam docendi rationem usurpasse: *Τὸν τῆς διδασκαλίας τρόπον συμβολικὸν ποιεῖν ἐπεχείρει καὶ πάντῃ ὅμοιον τοῖς ἐν Αἰγύπτῳ διδάγμασι, καθ᾽ ἃ ἐπαιδεύθη*[4] *κτλ.* Alii loci magis aperiunt, quid hoc sibi velit, imprimis Iambl. v. P. 161 sq. (auct. Nicom. et Androcyde sec. Bertermannum): *Εἰώθει δὲ καὶ διὰ κομιδῇ βραχυτάτων φωνῶν μυρίαν καὶ πολυσχιδῆ ἔμφασιν συμβολικῷ τρόπῳ τοῖς γνωρίμοις ἀποφοιβάζειν, ὥσπερ διὰ πυθοχρήστων τινῶν λόγων ἢ μικρῶν τοῖς ὄγκοις σπερμάτων ὁ Πύθιός τε καὶ αὐτὴ ἡ φύσις*[5] *πλήθη ἀνήνυτα καὶ δυσεπινόητα ἐννοιῶν καὶ ἀποτελεσμάτων ὑποφαίνουσι. Τοιοῦτον δή ἐστι τὸ „ἀρχὴ δέ τοι ἥμισυ παντός", ἀπόφθεγμα Πυθαγόρου αὐτοῦ. Οὐ μόνον δὲ ἐν τῷ παρόντι ἡμιστιχίῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν ἑτέροις παραπλησίοις ὁ θειότατος Π. τὰ τῆς ἀληθείας*

---

[1] Cf. C. Hölk, De acusmatis sive symbolis Pythagoricis, diss. Kil. 1894, 14sq.

[2] Haec bipartitio tamen non est inventa a Neopythagoreis, sed fundamento antiquiore nititur; cf. supra p. 32sqq. et Hölk p. 5sq.

[3] Bipartitione hac effectum esse, ut nonnullae doctrinae indoctis occultarentur, docet Clem. Al. strom. V § 59 (cf. infra).

[4] Litteras quoque symbolicas eum in Aegypto didicisse dicit Porphyr. v. P. 12 (auct. Antonio Diogene).

[5] Cf. Heracliti placita supra p. 35.

ἐνέκρυπτε ζώπυρα τοῖς δυναμένοις ἐναύσασθαι, βραχυλογίᾳ τινὶ ἐναποθησαυρίζων ἀπερίβλεπτον καὶ παμπληθῆ θεωρίας ἔκτασιν, οἷόνπερ καὶ ἐν τῷ „ἀριθμῷ δέ τε πάντ' ἐπέοικεν", ὃ δὴ πυκνότατα πρὸς ἅπαντας ἀπεφθέγγετο, ἢ πάλιν ἐν τῷ „ἰσότης φιλότης", ἢ ἐν τῷ „κόσμος" ὀνόματι, ἢ νὴ Δία ἐν τῷ „φιλοσοφία" κτλ. Ergo symbola sunt compendia, quae brevissima forma largam doctrinam vel praeceptum morale[1] continent sicut oracula Apollinis vel sicut semina arborem aut scintillae magnum ignem. Ideo aptissima sunt ad doctrinam abscondendam et tacendam et indigent „solutione" (λύειν τὸ σύμβ. Plut. quaest. conv. VIII 7, 1 p. 727 C); cf. Iambl. v. P. 103—105 (auct. Apollonio et Androcyde, ut censet Bertermann Corssenum secutus[2]: Ἀναγκαιότατος δὲ παρ' αὐτῷ τρόπος διδασκαλίας ὑπῆρχε καὶ ὁ διὰ τῶν συμβόλων. Modus iste cum Graecis tum Aegyptiis probatus καὶ παρὰ Πυθαγόρᾳ μεγάλης σπουδῆς ἐτύγχανεν. εἴ τις διαρθρώσειε σαφῶς τὰς τῶν Πυθαγορικῶν συμβόλων ἐμφάσεις καὶ ἀπορρήτους ἐννοίας, ὅσης ὀρθότητος καὶ ἀληθείας μετέχουσιν ἀποκαλυφθεῖσαι καὶ τοῦ αἰνιγματώδους ἐλευθερωθεῖσαι τύπου ... καὶ γὰρ οἱ ἐκ τοῦ διδασκαλείου τούτου, μάλιστα δὲ οἱ παλαιότατοι καὶ αὐτῷ συγχρονίσαντες καὶ μαθητεύσαντες τῷ Πυθαγόρᾳ πρεσβύτῃ νέοι ... τάς τε διαλέξεις καὶ τὰς πρὸς ἀλλήλους ὁμιλίας καὶ τοὺς ὑπομνηματισμούς τε καὶ ὑποσημειώσεις καὶ αὐτὰ ἤδη τὰ συγγράμματα καὶ ἐκδόσεις πάσας, ὧν τὰ πλείονα μέχρι καὶ τῶν ἡμετέρων χρόνων διασῴζεται, οὐ τῇ κοινῇ καὶ δημώδει καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν εἰωθυίᾳ λέξει συνετὰ ἐποιοῦντο ἐξ ἐπιδρομῆς τοῖς ἀκούουσι ..., ἀλλὰ κατὰ τὴν νενομοθετημένην αὐτοῖς ὑπὸ Πυθαγόρου ἐχεμυθίαν θείων μυστηρίων καὶ πρὸς τοὺς ἀτελέστους ἀπορρήτων τρόπων ἥπτοντο καὶ διὰ συμβόλων ἐπέσκεπον τὰς πρὸς ἀλλήλους διαλέξεις ἢ συγγραφάς. Καὶ εἰ μή τις αὐτὰ ἐκλέξας διαπτύξειε καὶ ἀμώμῳ ἐξηγήσει (περιλάβοι), γελοῖα ἂν καὶ

[1] Ethicam symbolorum interpretationem profert Lucius Moderati Pythagorei discipulus apud Plut. quaest. conv. VIII 7, 1 p. 727 B, quocum magna ex parte concordat Clem. Alex. strom. V § 27—31 (cf. Hölk l. c. p. 60—65), id quod latuisse videtur Guilelmum Bousset *Jüd.-christl. Schulbetrieb in Alexandrien und Rom* 1915 p. 255 n. 2.

[2] M. Rh. LXVII (1912) 262 sq. Cf. Iambl. protrept. c. 21 p. 104—106 Pist., quae ex parte ad verbum cum iis quae paullo post afferenda sunt concordant (cf. ibid. c. 1 p. 7 sq. Pist.).

γραώδη δόξειε τοῖς ἐντυγχάνουσι τὰ λεγόμενα λήρου μεστὰ καὶ ἀδολεσχίας, ἐπειδὰν μέντοι κατὰ τὸν τῶν συμβόλων τούτων τρόπον διαπτυχθῇ καὶ φανὰ καὶ εὐαυγῆ ἀντὶ σκοτεινῶν τοῖς πολλοῖς γένηται, θεοπροπίοις καὶ χρησμοῖς τισι τοῦ Πυθίου[1] ἀναλογεῖ κτλ. Deinde exempla afferuntur. Breviter Porphyr. v. P. 41 mysticam symbolorum vim significat: Ἔλεγε δέ τινα καὶ μυστικῷ τρόπῳ συμβολικῶς κτλ. Dein duo symbolorum genera proferuntur, alterum ex Aristotelis libro promptum, οἷον ὅτι τὴν θάλατταν μὲν ἐκάλει Κρόνου δάκρυον κτλ., alterum, quod potius praecepta moralia continet: Ζυγὸν μὴ ὑπερβαίνειν, τοῦτ' ἔστι μὴ πλεονεκτεῖν κτλ. Addimus Iambl. v. P. 227 (auct. Nicom. et Apoll.): Ἐπὶ δὲ τῶν θυραίων καὶ ὡς εἰπεῖν βεβήλων, εἰ καί ποτε τύχοι, διὰ συμβόλων ἀλλήλοις οἱ ἄνδρες ᾐνίττοντο. Libri quoque compendiosam doctrinam continentes, quos ultimi Pythagorei posteris reliquisse narrabantur, ὑπομνήματα συμβολικά vocantur a Iambl. v. P. 253. Etiam mathematica symbola fuisse Pythagoreis tradit Iambl. de comm. math. sc. c. 18 p. 60 sq. Fest.: Ἦν δὲ καὶ ἄλλος τρόπος παρ' αὐτοῖς ὁ διὰ συμβόλων μαθηματικός, οἷον τῆς δικαιοσύνης ἡ πεντάς, διότι πάντα τὰ εἴδη τῶν δικαίων συμβολικῶς σημαίνει. Χρήσιμον δὲ τὸ εἶδος ἦν αὐτοῖς εἰς πᾶσαν φιλοσοφίαν, ἐπειδὴ συμβολικῶς τε τὰ πολλὰ ἐδίδασκον καὶ ἡγοῦντο τὸν τρόπον τοῦτον τοῖς θεοῖς εἶναι οἰκεῖον καὶ τῇ φύσει πρόσφορον. Cur symbola mathematica adhibuerint Pythagorei explicat Moderatus Gaditanus Neopythagoreus apud Porphyr. v. P. 48—52: ... μὴ δυνάμενοι γὰρ τὰ πρῶτα εἴδη καὶ τὰς πρώτας ἀρχὰς σαφῶς τῷ λόγῳ παραδοῦναι διά τε τὸ δυσπερινόητον αὐτῶν καὶ δυσέξοιστον, παρεγένοντο ἐπὶ τοὺς ἀριθμούς κτλ. Huc spectant quae narrat Iambl. v. P. 237 sq.: Pythagoreum, quendam in itinere morbo correptum, antequam moreretur, cauponi, qui optime eius curam gessisset, tradidisse symbolum in tabula scriptum, quod postea alium Pythagoreum praetereuntem agnovisse et cauponi magnam pecuniam solvisse. Symbolis igitur sectae Pythagoricae sodales inter se agnoscebant[2]. Hoc antem loco symbolum non enuntiatum aliquod, sed figuram quandam significare videtur, id quod confirmatur a Luciano haec de Py-

[1] Iterum cf. Heraclitus Ephesius (supra p. 35).

[2] Haec principalis fuisse videtur vis symbolorum.

thagoreis narrante (de lapsu inter salut. c. 5): *Καὶ τό γε τριπλοῦν αὐτοῖς τρίγωνον, τὸ διαλλήλων, τὸ πεντάγραμμον, ᾧ συμβόλῳ πρὸς τοὺς ὁμοδόξους ἐχρῶντο, ὑγεία πρὸς αὐτῶν ὠνομάζετο*[1]. Omnia denique acusmata veterum Pythagoreorum a Neopythagoreis pro symbolis habita sunt, ita ut omnes locos, quibus de illis agitur, afferre nobis opus esset, nisi idem, quod supra de symbolis tradi vidimus, de acusmatis proferretur. Acusmata posterioribus idem valuisse quod symbola post Rohdium probavit Hölk l. s. c. p. 12—14. Idem de huius sententiae, quam Neopythagorei ab aliis acceperunt, auctoribus probabiliter iudicavit (cf. imprimis p. 19 et supra p. 31 sqq.).

Acusmata igitur, quae initio tenui tantum filo cum silentio mystico iuncta erant, tempore procedente magis magisque symbola mystica facta sunt ad reticendam doctrinam arcanam apta, quin etiam ad mysteriorum silentium relata, similiter atque fabulis sensus physicus vel ethicus subdebatur, quem ab initio non habuerant. Ideo Lucius Pythagoreus apud Plut. quaest. conviv. VIII 8, 1 p. 728 D convivis de symbolis inter se conversantibus *οὔτε ψέγων οὔτ' ἐπαινῶν, ἀλλ' ἡσυχίαν ἄγων, σιγῇ δὲ καθ' ἑαυτὸν ὁρῶν ἤκουεν.* Dein cum Empedocles dixisset: . . . *εἰ δὲ ταῦτα τῶν ὑπὸ τὴν ἐχεμυθίαν ἐστίν, ἀλλ' ἐκεῖνο γε δοκῶ μήτ' ἄρρητον εἶναι μήτ' ἀνέξοιστον πρὸς ἑτέρους, ὅτι δὴ μάλα τῶν ἰχθύων ἀπείχοντο* et de huius consuetudinis causa quaereret, ille respondet (ibid. 2 p. 728 F): *Ὡς ὁ μὲν ἀληθὴς ἴσως λόγος καὶ νῦν ἀπόθετος καὶ ἀπόρρητος εἴη, τοῦ δὲ πιθανοῦ καὶ εἰκότος οὐ φθόνος ἀποπειρᾶσθαι.*

Neopythagoreorum de sermone symbolico opinionem breviter comprehendit locus a Stobaeo (Flor. 5, 72 M. III 1, 199 H.) servatus, quem Plutarchi esse coniecit Wyttenbach V 2 p. 876: *Καὶ μὴν οὐδέν ἐστιν οὕτω τῆς Πυθαγορικῆς φιλοσοφίας ἴδιον ὡς τὸ συμβολικόν, οἷον ἐν τελετῇ μεμειγμένον φωνῇ καὶ σιωπῇ διδασκαλίας γένος, ὥστε μὴ λέγειν „ἀείσω ξυνετοῖσι, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι"* (i. e. non servatur altum

[1] Addere liceat piscem Pythagoreis symbolum silentii fuisse videri ideoque non comedi solitum esse; v. locus corruptus Plutarchi quaest. conviv. VIII 8, 1 p. 728 E. — De Υ symbolo Neopythagorico cf. A. Brinkmann *Rh. Mus.* LXVI (1911) 616—625.

silentium), *ἀλλ᾽ αὐτόθεν ἔχειν φῶς καὶ χαρακτῆρα τοῖς συνήθεσι τὸ φραζόμενον, τυφλὸν δὲ καὶ ἄσημον εἶναι τοῖς ἀπείροις. Ὡς γὰρ ὁ ἄναξ ὁ ἐν Δελφοῖς οὔτε λέγει οὔτε κρύπτει ἀλλὰ σημαίνει κατὰ τὸν Ἡράκλειτον*[1]*, οὕτω τῶν Πυθαγορικῶν συμβόλων καὶ τὸ φράζεσθαι δοκοῦν κρυπτόμενόν ἐστι καὶ τὸ κρύπτεσθαι νοούμενον.*

Haec ex Neopythagoreorum libris de antiquis Pythagoreis narrantibus excerpsimus. Legenti ea nullo negotio patet scriptores illos non tam ad historiae fidem scripsisse quam sua ipsorum placita apud antiquos quaesivisse aut eis subdidisse, ut sibi maiorem auctoritatem conciliarent. Libris igitur historicis eodem modo quo philosophicis uti nobis licet ad doctrinam Neopythagoricam illustrandam.

Multas Neopythagoreorum de occultatione mystica opiniones et decreta nobis servavit Clemens Alexandrinus in stromatum parte qua de „genere symbolico" agitur (V § 19—66 vel, si vis, 88; cf. II 1, 2 et IV 1, 2). Clementem ex fontibus Neopythagoricis hausisse cum alii viderunt tum Guilelmus Bousset, qui in libro inscripto *Jüdisch-christlicher Schulbetrieb* (= Forschungen zur Religion und Literatur des Alten und Neuen Testaments, Neue Folge VI 1915) p. 229—236 et p. 42 (cum n. 3) opinionem suam eo probat, quod in § 27—31 de symbolis Pythagoricis, 45, 2 de Androcyde Pythagoreo, 47, 1 de Neanthe librorum ad res Pythagoricas spectantium auctore, 50, 1 in universum de Pythagoreis, 46—48 de quinque elementis sermo fit. Quibus argumentis addo, quod 20 sq. litterae Aegyptiorum hieroglyphicae symbolorum modo explicantur, similiter atque Pythagoreos recentiores fecisse evincitur ex Porphyr. v. P. 12; praeterea quod 41—43 ad Aegyptios provocatur — Pythagoram enim Neopythagorei Aegyptiorum discipulum habebant —; quod 57, 2—3 Hipparchus (i. e. Hippasus) doctrinae Pythagoricae proditor et Lysidis epistula ad eum data commemoratur et quod 58 et iterum 59 Pythagorei tamquam silentii tenaces describuntur, antequam aliae sectae nominantur; denique quod in universum doctrina a Clemente tradita cum Neopythagorica quam maxime concinit. Affirmare

---

[1] Fr. 93 Diels; cf. supra p. 35.

tamen nolumus omnia omnino quae Clemens praebet ad Neopythagoreos referenda esse. Iam breviter argumentum partis stromatum supra memoratae seclusis sententiis ex Iudaeorum vel Christianorum religione petitis excerpimus:

§ 19: ... ὅσον τυφλὸν ἔτι καὶ κωφόν ... ὥσπερ ἐν τελεταῖς ἀμύητον ... ἔξω θείου χοροῦ ἵστασθαι δεῖ ... διὰ τοῦτό τοι τῆς ἐπικρύψεως τὸν τρόπον, θεῖον ὄντα ὡς ἀληθῶς καὶ ἀναγκαιότατον ἡμῖν ⟨διὰ τὸν⟩ ἐν τῷ ἀδύτῳ τῆς ἀληθείας ἀποκείμενον ἱερὸν ἀτεχνῶς λόγον, Αἰγύπτιοι μὲν διὰ τῶν παρ᾽ αὐτοῖς ἀδύτων καλουμένων... ἠνίξαντο ... οὐ καθαρῷ γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι οὐ θεμιτὸν εἶναι συνεδόκει καὶ Πλάτωνι (Phaed. 67 B). 20: Ἐντεῦθεν ... οἵ τε χρησμοὶ λέγονται δι᾽ αἰνιγμάτων καὶ αἱ τελεταὶ τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἀνέδην οὐ δείκνυνται, ἀλλὰ μετά τινων καθαρμῶν καὶ προρρήσεων... In iis quae sequuntur et § 21 de litteris Aegyptiorum symbolicis agitur. Dein pergit Clemens: Πάντες οὖν ... οἱ θεολογήσαντες βάρβαροί τε καὶ Ἕλληνες τὰς μὲν ἀρχὰς τῶν πραγμάτων ἀπεκρύψαντο[1], τὴν δὲ ἀλήθειαν αἰνίγμασι καὶ συμβόλοις ἀλληγορίαις τε αὖ καὶ μεταφοραῖς καὶ τοιούτοις τισὶ τρόποις παραδεδώκασιν ... 22 et 23: Septem sapientium ἀποφθέγματα ὀλίγαις λέξεσι μείζονος πράγματος δήλωσιν ἐμφαίνει. ... 24: Similiter poetae δι᾽ ὑπονοίας πολλὰ φιλοσοφοῦσι ... παραπέτασμα δὲ αὐτοῖς πρὸς τοὺς πολλοὺς ἡ ποιητικὴ ψυχαγωγία. Deus ipse occulte agit: Ὄνειροί τε καὶ σύμβολα ἀφανέστερα πάντα τοῖς ἀνθρώποις οὐ φθόνῳ (οὐ γὰρ θέμις ἐμπαθῆ νοεῖν τὸν θεόν), ἀλλ᾽ ὅπως εἰς τὴν τῶν αἰνιγμάτων ἔννοιαν ἡ ζήτησις[2] παρεισδύουσα ἐπὶ τὴν εὕρεσιν τῆς ἀληθείας ἀναδράμῃ. ... 27—31: Symbola nonnulla Pythagorica enucleantur. Διὰ τοῦτό τοι καὶ Αἰγύπτιοι πρὸ τῶν ἱερῶν τὰς σφίγγας ἱδρύονται, ὡς αἰνιγματώδους τοῦ περὶ θεοῦ λόγου καὶ ἀσαφοῦς ὄντος (ex Plut. de Is. et

[1] Strabo XVII p. 806 C Platonem et Eudoxum per tredecim annos apud sacerdotes Aegyptios commoratos esse narrat; περιττοὺς γὰρ ὄντας κατὰ τὴν ἐπιστήμην τῶν οὐρανίων, μυστικοὺς δὲ καὶ δυσμεταδότους, τῷ χρόνῳ καὶ ταῖς θεραπείαις ἐξελιπάρησαν, ὥστε τινὰ τῶν θεωρημάτων ἱστορῆσαι· τὰ πολλὰ δὲ ἀπεκρύψαντο οἱ βάρβαροι. De eadem re cf. Reitzenstein *Poimandres* 131.

[2] Ἡ ζήτησις a Neoplatonicis imprimis commendatur: cf. infra c. IV.

Osir. 9, 354 C[1]). 41: Ὅθεν καὶ Αἰγύπτιοι οὐ τοῖς ἐπιτυχοῦσι τὰ παρὰ σφίσιν ἀνετίθεντο μυστήρια οὐδὲ μὴν βεβήλοις τὴν τῶν θείων εἴδησιν ἐξέφερον . . . ὅμοια γοῦν τοῖς Ἑβραϊκοῖς κατά γε τὴν ἐπίκρυψιν καὶ τὰ τῶν Αἰγυπτίων αἰνίγματα. Exempla afferuntur usque ad 43. 44: Etiam barbari τὸ συμβολικὸν εἶδος ἐζήλωσαν, cuius rei sequuntur exempla. 45: Eodem modo Graeci fecerunt. Ἀνδροκύδης ὁ Πυθαγορικὸς τὰ Ἐφέσια καλούμενα γράμματα . . . συμβόλων ἔχειν φησὶ τάξιν. Διονύσιος ὁ Θρᾷξ ὁ γραμματικός rotae, ramorum, aliarum rerum symbola interpretatur. 46: Χρησιμώτατον ἄρα τὸ τῆς συμβολικῆς ἑρμηνείας εἰς πολλὰ καὶ πρὸς τὴν ὀρθὴν θεολογίαν συνεργοῦν καὶ πρὸς εὐσέβειαν καὶ πρὸς ἐπίδειξιν συνέσεως καὶ πρὸς βραχυλογίας ἄσκησιν καὶ σοφίας ἔνδειξιν· „σοφοῦ γὰρ τὸ χρῆσθαι τῇ συμβολικῇ φράσει δεξιῶς“, φησὶν ὁ γραμματικὸς Δίδυμος[2], „καὶ τὸ γνωρίσαι τὸ διὰ ταύτης δηλούμενον“. Neanthis Cyziceni (qui de Pythagoreis scripsit) et aliorum de verbis secretis sententiae afferuntur. 50: Τοιαῦτα καὶ οἱ Πυθαγόρειοι ᾐνίσσοντο, Φερσεφόνης μὲν κύνας τοὺς πλανήτας, Κρόνου δὲ δάκρυον τὴν θάλασσαν ἀλληγοροῦντες (sunt symbola Pyth., cf. Porphyr. v. P. 41, Plut. de Is. et Os. 32 p. 364 A). Alii quoque philosophi et poetae Graeci doctrinam suam aenigmatibus texerunt. 56 et 57 de causis occultationis mysticae et sermonis symbolici agitur: Μνήμης τε οὖν ἕνεκεν καὶ συντομίας καὶ τοῦ πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀνατετάσθαι τοιαῦταί τινες αἱ τῆς βαρβάρου φιλοσοφίας γραφαί. Vera philosophia et theologia dignis tantum se aperit. Occultatione cogimur ducibus et interpretibus uti, qua re maiorem utilitatem accipimus. Ἄλλως τε καὶ πάνθ᾽, ὅσα διά τινος παρακαλύμματος ὑποφαίνεται, μείζονά τε καὶ σεμνοτέραν δείκνυσι τὴν ἀλήθειαν . . . Praeterea quae velis operta sunt, variae interpretationi locum praebent, et sic σφάλλεται μὲν ὁ ἄπειρος καὶ ἀμαθής, καταλαμβάνει δὲ ὁ γνωστικός[3]. Non omnibus omnia

[1] Id quod fugit Ottonem Stählin editorem et A. Deiber *Clément d'Alex. et l'Égypte.* Mémoires publiés par les membres de l'institut français d'archéologie orientale du Caire X (1904) 53 sq.

[2] Qui a nonnullis Neopythagoreus fuisse credebatur; cf. stromat. I § 80 et Zeller *Ph. d. Gr.* III 2⁴ 125, 2.

[3] Hoc loco gnosis apparet, de cuius silentio infra dicetur.

patefacienda sunt neque sapientiae bona iis, qui p u r a a n i m a non excellunt. Afferuntur verba ex falsa Lysidis epistula ad Hipparchum (lege Hippasum) data (cf. supra p. 56), verbis *τὰ ταῖν Ἐλευσινίαιν θεαῖν μυστήρια* mutatis in *τὰ τοῦ λόγου μ.* 58: Non solum Pythagorei et Plato, sed etiam Epicurei Stoici Peripatetici esoterica ab exotericis distinguebant. *Ἀλλὰ καὶ οἱ τὰ μ υ σ τ ή ρ ι α θέμενοι, φ ι λ ό σ ο φ ο ι ὄ ν τ ε ς, τὰ αὑτῶν δόγματα τ ο ῖ ς μ ύ θ ο ι ς κ α τ έ χ ω σ α ν, ὥστε μὴ εἶναι ἅ π α σ ι δ ῆ λ α.* 59: Quod Pythagorei in acusmaticos et mathematicos distincti erant, „*ἀλλὰ τὸ μὲν φάσθαι, τὸ δὲ ⟨καὶ⟩ κεκρυμμένον εἶναι*“ [*λ* 443 cf. Nauck, Iambl. v. P. p. 238 n. 24] *πρὸς τοὺς πολλοὺς ᾐνίσσετο.* In sequentibus usque ad § 88 Clemens hoc praecipue agit, ut doceat deum invisibilem (*θεὸς ἀόρατός ἐστι καὶ ἄρρητος* § 78) neque cogitatione neque verbis comprehendi posse, unde *τὸν ἱερὸν ὡς ἀληθῶς περὶ τοῦ ἀγενήτου καὶ τῶν δυνάμεων αὐτοῦ μ ύ σ τ η ν λ ό γ ο ν ἐ π ι κ ε κ ρ ύ φ θ α ι δεῖ* (ita § 80 ex Philone de sacrif. Ab. et Caini § 60, ut monet Stählin).

Haec Clemens strom. V ex philosophiae horreis prompsit, ut occultationem mysticam exponeret et illustraret. At etiam, ubi sacris Iudaeorum et Christianorum scripturis utitur vel proprio Marte loquitur, argumenta philosophica admiscet. Ideo omnia omnino quae de silentio mystico profert, hic enarranda essent, nisi easdem semper opiniones iteraret. Cf. etiam strom. I 14, 3—15, 1; 55 sq.; IV 162; VII 110 alia; non quo dicamus haec omnia ex ipsis fontibus Neopythagoricis emanasse, quia, cum eadem fere de silentio mystico doctrina omnibus illius aevi scholis esset (ut infra dicetur), saepenumero discerni iam non potest, quid in hac re Neopythagoreorum, quid aliarum sectarum proprium fuerit. Neopythagorei utique silentii mystici quasi antesignani fuerunt.

Illud certum est omnia, quae Clemens de occultatione mystica litteris mandaverit, quam maxime cum iis quae supra ex ipsis Neopythagoreorum libris excerpsimus concinere. Ideo veri simile est Clementem in hac sui operis parte componenda usum esse aliquo „protreptico“ Neopythagorico, qui ratione aut historica aut philosophica aut mixta conscriptus erat, qualis est Iamblichi protrepticus. Partem qua de s y m b o l i s Pythagoricis agitur Alexandro Polyhistori strom. I 70 com-

memorato dubitanter attribuunt Joh. Gabrielsson *Über die Quellen des Cl. Al.* I (1906) 99 et Bousset l. s. c. 42 n. 3. Sed haec mera suspicio est. Certe Alexander Polyhistor apud Diog. Laert. VIII 27, ubi de primi a. Chr. n. saeculi Pythagoreis narrat, nihil de silentio tradit.

Sicut Pythagoras ipse et veteres Pythagorei ita etiam nonnulli viri, qui in secta Neopythagorica excellentes extiterant, posteris tamquam exempla vitae Pythagoricae proponebantur ad imitandum. Philostratus in libris, quibus alios secutus Apollonium Tyanensem summis laudibus celebravit, saepius silentii mentionem facit. L. I c. 1 de ipsius Pythagorae sociis narrat: *Καὶ ἡ σιωπὴ δὲ ὑπὲρ τοῦ θείου σφίσιν ἐπήσκητο· πολλὰ γὰρ θεῖά τε καὶ ἀπόρρητα ἤκουον, ὧν κρατεῖν χαλεπὸν ἦν μὴ πρῶτον μαθοῦσιν, ὅτι καὶ τὸ σιωπᾶν λόγος.* Ergo silentium ad res divinas spectat et, cum magnitudinem rerum divinarum efferat, est silentium ut ita dicam disertum. Apollonius per quinquennium silet, sicut Pythagoras praecepisse narrabatur, I 14, 15[1]. VI 11 p. 242 Ol. quoddam *εἶδος σοφίας* Apollonium ita docet: *Χαλεπὴ δ' οὕτως ἐγὼ τοῖς ταὐμὰ αἱρουμένοις, ὡς καὶ δεσμὰ γλώττης ἐπ' αὐτοὺς ἔχειν.* Propterea III 41 de certis scientiae disciplinis (*ἀπόρρητοι σπουδαί* i. e. *ἀστρική, μαντεία, πρόγνωσις, θυσίαι, κλήσεις αἷς θεοὶ χαίρουσιν*) Apollonius et Iarchas Indus soli colloquuntur. VIII 7 p. 340 *σοφώτεραι γὰρ* (causae pestis) *ἢ ἐς τοὺς πολλοὺς λέγεσθαι.* Doctrina quoque, quae ad animam pertinet, maior est, quam ut de ea multa verba fiant. VIII 31 p. 370: *Περὶ ψυχῆς δέ, ὡς ἀθάνατος εἴη, ἐφιλοσόφει ἔτι, διδάσκων μέν, ὅτι ἀληθὴς ὁ ὑπὲρ αὐτῆς λόγος, πολυπραγμονεῖν δὲ μὴ ξυγχωρῶν τὰ ὧδε μεγάλα.* VI 22 legimus: *Ἐφείδοντο τῶν ἀπορρήτων.* Locutionem symbolicam amplectitur Apollonius VI 11 p. 245: *Εἰ δ' αἰνιγμάτων ἅπτομαι, σοφία Πυθαγόρου συγχωρεῖ ταῦτα, παρέδωκε γὰρ τὸ αἰνίττειν διδάσκαλον εὑρὼν σιωπῆς λόγον.*

Ut ad scripta mere philosophica transeamus, in fragmentis librorum, quos Pythagorae aut antiquioribus Pythagoreis Neopythagorei subdiderunt[2], nullum fere silentii

[1] Idem apud Suid. s. v. *Ἀπολλώνιος Τυανεύς* traditur.

[2] Catalogum vide apud Zellerum *Ph. d. Gr.* III 2[4] 115sqq., qui usus

mystici vestigium invenitur. Qua ex re nihil certi concludi potest, quia libri neque omnes neque integri aetatem tulerunt.

Accersenda denique est tertia classis librorum Neopythagoricorum, quos, ut supra diximus, Pythagorei recentiores suo nomine conscripserunt.

P. Nigidii Figuli, qui disciplinam Pythagoricam exstinctam, ut ait Cicero Tim. 1, renovavit, reliquiae, quas collegit A. Swoboda (1889), nihil de ipso silentio produnt. Verum quod a Cicerone l. s. c. „acer investigator et diligens earum rerum quae a natura involutae videntur“ vocatur, Pythagoricum ad res secretas et occultas propensum animum declarat[1]. Cf. Lucan. I 640 sq.: At Figulus, cui cura deos secretaque caeli nosse fuit eqs.

Apollonius Tyaneus in libro *περὶ θυσιῶν* ultimam nobis silentii de numine servandi causam aperit, Porphyrio auctore (de abstin. II 34; cf. Euseb. dem. ev. III 3 p. 105): *(θύσωμεν) θεῷ μὲν τῷ ἐπὶ πᾶσιν, ὥς τις ἀνὴρ σοφὸς ἔφη, μηδὲν τῶν αἰσθητῶν μήτε θυμιῶντες μήτ' ἐπονομάζοντες· οὐδὲν γάρ ἐστιν ἔνυλον, ὃ μὴ τῷ ἀΰλῳ εὐθύς ἐστιν ἀκάθαρτον. Διὸ οὐδὲ λόγος τούτῳ ὁ κατὰ φωνὴν οἰκεῖος, οὐδ' ὁ ἔνδον, ὅταν πάθει ψυχῆς ᾖ μεμολυσμένος, διὰ δὲ σιγῆς καθαρᾶς … θρησκεύομεν αὐτόν.* Eusebius paullo post verba adiungit quae statim afferemus (*οὕτως τοίνυν κτλ.*) „Virum“ illum „sapientem“ fuisse Apollonium patet ex Euseb. pr. ev. IV 13 p. 150, ubi eadem verba indicato Apollonii nomine traduntur: *Οὕτως τοίνυν μάλιστα ἄν τις, οἶμαι, τὴν προσήκουσαν ἐπιμέλειαν ποιοῖτο τοῦ θείου … εἰ θεῷ μέν, ὃν δὴ πρῶτον ἔφαμεν, ἑνί τε ὄντι καὶ*[2] *κεχωρισμένῳ πάντων, μεθ' ὃν γνωρίζεσθαι τοὺς λοιποὺς ἀναγκαῖον, μὴ θύοι τι τὴν ἀρχὴν μήτε ἀνάπτοι πῦρ, μήτε καθόλου τι τῶν αἰσθητῶν ἐπονομάζοι … μόνῳ δὲ χρῷτο πρὸς αὐτὸν ἀεὶ τῷ κρείττονι λόγῳ, λέγω δὲ τῷ μὴ διὰ στόματος ἰόντι, καὶ παρὰ τοῦ καλλίστου τῶν ὄντων διὰ τοῦ καλλίστου τοῦ ἐν ἡμῖν*

est commentatione Francisci Beckmann inscripta De Pythagoreorum reliquiis 1844/50); cf. etiam infra p. 72 n. 2. Fragmenta (etsi minime omnia) collegit Mullach FPhG.

[1] Hieronymi Chronic. ad a. 45 a. C. eum vocat Pythagoricum et magum.

[2] *καί* addidi ex dem. evang. III 3.

*αἰτοίη τἀγαθά. Νοῦς δέ ἐστιν οὗτος ὀργάνου μὴ δεόμενος.* Ergo deus primus et summus silentio colendus est[1].

Appendicis modo gnomica nonnulla atteximus ad silentium pertinentia ex gnomologiis collecta, quae plerumque ex fontibus Neopythagoricis deprompta sunt vel saltem praecepta moralia Neopythagoreorum sapiunt. Cum illa gnomologia maximam inter se similitudinem prae se ferant, contenti sumus percurrere „Sexti Pythagorici sententias", quas edidit Antonius Elter in indice scholarum hibern. Bonn 1891—92 et in progr. ad 27 Ianuar. 1892, quarum auctor etsi non fuit Sextius Pythagoreus, certe vir quidam a philosophia Neopythagorica non alienus, et „sententias Pythagoreorum", quas edidit H. Schenkl (*Wiener Studien* VIII [1886] 262—281). 350 Elt. *λόγου περὶ θεοῦ μὴ παντὶ κοινώνει.* 352 E. *περὶ θεοῦ καὶ τἀληθῆ λέγειν κίνδυνος οὐ μικρός* (cf. 55 Sch., Demophili sent. Pyth. 25). 354 E. *ἀθέῳ δὲ περὶ θεοῦ μηδὲν εἴπῃς*[2]. 431 E. *πολλοὺς λόγους περὶ θεοῦ ἀπειρία ποιεῖ* (cf. 10 Sch., Dem. 10). 589 E. *σοφὸς ἀνὴρ καὶ σιγῶν θεὸν τιμᾷ* (cf. 4 Sch., Dem. 6). Ergo in gnomicis saepius silentium commendatur et ad rerum divinarum cognitionem, quin etiam ad cultum divinum refertur, id quod aperte doctrinam Neopythagoricam redolet[3].

Testimoniis collectis videndum iam est, quid sibi voluerit silentium apud Neopythagoreos. Praemonendum vero est hoc: qui testimonia supra congesta perlegerit, id certe animadvertet in iis libris, quibus vita Pythagorica describitur, silentii morem et disciplinam saepissime commemorari et commendari rationibus aut nullis aut simplicibus tantum adiectis, cum libri philosophici vel potius theologici velut Apollonii liber rationes subtilissimas afferant. Qua tamen ex re noli concludere sententias illas inter se certare neque conciliari posse, cum unus idemque Apollonius in scriptis

[1] De his locis cf. Ed. Norden *Agnostos Theos* 1913, 39 sq., 343 sqq.

[2] Sent. 350, 352, 354 in suum usum vertit Porphyr. ad Marcell. 15, qui addit: *Σιγάσθω ὁ περὶ αὐτοῦ* (i. e. *θεοῦ*) *λόγος ἐπὶ πλήθους . . . νόμιζε αἱρετώτερον εἶναι σιγᾶν ἢ λόγον εἰκῇ προέσθαι περὶ θεοῦ* (cf. 115 Sch., Dem. 91). Sent. 589 E. ibid. 16 affertur. Cf. etiam sent. 330 E. *ἄνθρωπον θεοῦ γνῶσις βραχυλόγον ποιεῖ* = Porphyr. 20 *θεοῦ γὰρ γνῶσις ποιεῖ βραχυλόγον* (cf. 10 et 16 Sch., Dem. 10 et 15).

[3] Cf. supra p. 55 sq.

historicis altera in philosophicis altera ratione usus sit. Immo potius ita res diiudicanda erit, ut simplicioribus animis silentium tamquam praeceptum vitae Pythagoricae commendatum esse, viros vero doctos altius in silentii naturam inquirentes subtiliores illas rationes invenisse credamus, similiter atque apud veteres Pythagoreos acusmatici et mathematici discernebantur, qua de re supra p. 32sqq. diximus. Has porro rationes ultra fines communis opinionis excurrisse quidem, sed ab indole philosophiae Neopythagoricae non recessisse consentaneum est. Cuius rei ratione habita etiam rationes subtiliores ad sectae Neopythagoricae silentium explicandum adhibere licet.

Et primum quidem observamus reticentiam, quam adhuc tantum non solam tractavimus, artissimo vinculo cum taciturnitate coniunctam esse hancque latius patere. Inde qui taciturnitatem id praecipue spectare crediderit, ut virtus silentii acquiratur, forsitan concluserit reticentiam nihil fuisse nisi linguae coercendae exercitium i. e. praeceptum ethicum, non mysticum. Quae opinio aliis argumentis confirmari videtur.

Utique reticentia cum mysteriorum silentio comparatur. Qui arcana Pythagorica prodit, aeque in numen peccare dicitur atque ille, qui Eleusinia profanat. At haec mera comparatio videtur esse. Arcana enim sectae sunt *καθάπερ μυστήρια*. Ideo persaepe non tam doctrinae vis mystica quam aliae indicantur occultandi rationes eaeque paedagogicae quas nos dicimus. Velut symbola inventa esse et Pythagorei in mathematicos et acusmaticos distincti esse dicuntur, quo facilius homines placitis sectae imbuerentur. Quin Moderatus etiam veteres Pythagoreos propter difficultatem doctrinae mathematicae, ut omnibus aditus pateret, signa symbolica invenisse docet. In universum occultatio et sermo symbolicus studium quaerendi accendere dicuntur. Curandum tamen est, ut nulli nisi digni et habiles ad scientiam admittantur (*εὖ ἔχοντες* Iambl. v. P. 152; *οἷσπερ ἄν τις τοῦ παντὸς βίου κοινωνήσειε* Iambl. de comm. math. sc. 24); iique non ritibus sacris purgandi, sed diligentissime examinandi et deligendi sunt. Vera igitur silentii mystici disciplina, qualem mystae Eleusinii

observabant, apud Neopythagoreos, qui non sodalicium mysticum, sed sectam philosophicam constituebant, locum non habuit.

Cui rei fortasse argumentum accedit ex hac observatione. Qui Neopythagoreorum scripta historica cum iis comparaverit, quae philosophiae potius ratione et proprio Marte placita sectae proponunt, statim in eo offendet, quod in illis plerumque non silentii tantum, sed etiam disciplinae silentii mentio fit, in his talis disciplinae nullum fere vestigium deprehenditur. Facile scilicet fuit antiquitati adscribere, quod in praesentia usu non veniebat.

Ergo silentii mystici quae vere dici possit disciplinam Neopythagoricam vereor ne statuere non possimus.

Nihilominus quod viri illi tantopere in silentio et in mystica placitorum suorum vi efferendis insistunt, non vana verba sunt, sed illos sensui mystico translatae significationis, quae ad eam, quam nos hodie vocabulo quod est mysticum tribuimus, significationem proxime accedit, operam navasse ostendit. Id quod primum ex tota sectae Neopythagoricae indole evincitur, quae non tam naturae rerum investigandae quam pietati erga deos colendae faverit. Hanc vero pietatem vere mysticam ea qua nos utimur significatione fuisse theologicis maxime opinionibus philosophorum Neopythagoricorum (ad quas quo iure provocare possemus, supra diximus) probatur. Docti enim illi viri, sicut in rerum natura investiganda rerum occultarum studiosissimi fuerunt, ita quod ad res divinas attinet in iis rebus maxime diligentes et versati, quas nos mysticas vocamus, cognitionem dico divinam, quae non tam via ac ratione in naturam divinitatis inquirit quam eius commercio et consuetudine frui vult. Secundum eorum theologiam ceteris dis praestat primus et summus deus (*ὁ πρῶτος θεός*), qui ultra omnia creata positus a rebus humanis maxime remotus est et solummodo ecstasi et silentio adiri potest[1]. Hoc denique silentio verus dei cultus perficitur. Nam deo, qui nullius rei indiget, cum sacrificia cruenta, libationes, turis

[1] De hoc „deo incognito" cf. Statius Theb. IV 516 sq. . . . „et triplicis mundi summum, quem scire nefastum, illum, sed taceo". Hunc versum afferunt Fr. Cumont *Arch. f. Religionswiss.* IX (1906) 331 sq.; E. Norden *Agnostos Theos* 114; Bousset *Gött. Gel. Anz.* 1914, 709.

oblationem, quin etiam verba ore prolata aspernetur, unicum quod eo dignum est sacrificium offerri potest idque mente hominis, quae sensibus et affectibus corporis tacentibus et quiescentibus tacito ore deum laudibus et precibus adit. Haec est illa *λογικὴ θυσία*, quam in scriptis Hermeticis saepius commemorari infra videbimus. Silentium igitur quodammodo una est ac praecipua via ad deum accedendi[1]. Iam rectius perspicitur, quid sibi velit, quod Neopythagorei tam saepe silentium commendant. Non quo dicamus eos semper rationes illas subtilissimas ante oculos habuisse. Attamen quando silentium circa res divinas versari et ad deorum exemplum redire praedicant, aliquo tandem modo similiter atque Apollonius l. s. c. sensisse putandi sunt.

Ergo verum silentium mysticum Neopythagoreorum fuisse statuere licet, etiamsi haec vox novum iam sensum induit. Quamquam enim non celebrabant initiationes mysticas, tamen eorum placita theologica vere mystica erant. Haec doctrinae indoles mystica vera est ac principalis silentii causa; ceterae rationes, velut paedagogicae, ex hac prodeunt aut postea a viris doctis additae sunt.

Iam intellegimus, cur reticentia cum silentio alto coniuncta sit. Uterque enim linguam coercendi modus ex eodem fonte manat, rerum divinarum dico naturam arcanam. Hanc homo silentio agnoscit et honorat sicque res divinae verenda maiestate et sanctitate augentur. *Ἡ σεμνότης* igitur *τοῦ θείου* causa et finis silentii esse dicitur.

Sicut Neopythagorei non ritibus superstitiosis, sed mente sola et pura contemplatione ad deum accedere tentant, ita eorum silentium non est disciplina linguae, sed mentis[2]. Quod nihilominus saepissime (sed in libris historicis) disciplinam linguae praedicant, id praecipue agunt et spectant, ut mysticam

[1] Si quis obiciat nos plus quam liceat e paucis Apollonii verbis enucleare, respondemus ea tali modo explicanda esse, si cum doctrina Hermetica (cf. infra) et cum placitis Numenii, qui a multis inter Neopythagoreos numeratur (cf. infra c. IV), conferantur.

[2] Ideo in scriptis historicis silentium violanti non mors corporis, sed ultio divina et mors, ut ita dicam, philosophica denuntiatur: expellitur enim e sodalicio.

placitorum suorum dignitatem efferant et decretis suis sacram ut ita dicam fidem et auctoritatem concilient. Ergo doctrinam suam non tacent[1], immo potius omnes ad eam amplectendam invitant. Ipsam silendi disciplinam non magni fecisse Neopythagoreos vel ex eo probabile est, quod scriptis quam plurimis doctrinam suam evulgaverunt.

Silentium Neopythagoreorum veterum Pythagoreorum et Platonis silentio cognatum est. Ab illo se originem ducere ipso nomine testatur; cum hoc similitudinem prae se fert eo, quod non ad linguam, sed ad mentem et intellectum potissimum pertinet. Silentium vero Neopythagoreorum utrumque excedit. A Pythagoreis discrepat, quod disciplinam externam parvi facit et silentium ad mentem transfert. Platonis vero silentio multo severius et argumentis magis firmatum est, cum doctrinae theologicae quam maxime excultae superstruatur.

Silentium igitur Neopythagoreorum semina doctrinae silentii mystici a prioribus philosophis iacta large germinasse et silentii rationem philosophicam satis excultam protulisse ostendit. Ad quam rationem proxime accesserat ille, qui sententiae Strabonianae supra allatae auctor fuit: *Ἡ κρύψις ἡ μυστικὴ σεμνοποιεῖ*[2] *τὸ θεῖον καὶ μιμεῖται τὴν φύσιν αὐτοῦ φεύγουσαν τὴν αἴσθησιν ἡμῶν.* Hoc modo initia philosophorum aevo imperatorum florentium philosophiam aetatis hellenisticae exeuntis exceperunt. Silentii porro studium mystici sacrorum orientalium notitia auctum esse eo apparet, quod Neopythagorei saepius ad ritus sacros barbarorum et imprimis Aegyptiorum, sed etiam Indorum provocant.

Novis Pythagoreis non uno nomine adiungitur Philo Alexandrinus natione quidem Iudaeus, eruditione vero Graecus.

[1] Non negamus Neopythagoreos interdum revera doctrinam quandam silentio pressisse, sicut supra p. 61 Lucium facere cognovimus, fortasse praeceptum „vitae Pythagoricae“ secutum.

[2] Maiestatem propriam esse divinitatis docet fr. Diotogenis Neopythagorei quod inscribitur „de regno“ (Stob. Flor. 48, 62 Mein. = IV p. 267, 11—13 H., Mullach, FPhG II 534, quod latuisse videtur Zellerum scripta Neopyth. enumerantem): *Ἁ μὲν γὰρ σεμνότας θεόμιμον ὑπάρχοισα πρᾶγμα δύναται θαυμαζόμενον καὶ τιμώμενον αὐτὸν (τὸν βασιλέα) παρέχεσθαι τοῖς πλάθεσιν.*

Qui Graecorum cum mysteria tum occultationem mysticam acerrime impugnat libri de specialibus legibus primi § 319—323[1]: Moses mysteria ex civitate sua expulit *οὐκ ἀξιῶν τοὺς ἐν τοιαύτῃ πολιτείᾳ τραφέντας . . . τὰ νύκτα καὶ σκότος προσκεκληρωμένα μεταδιώκειν παρέντας τὰ ἡμέρας καὶ φωτὸς ἄξια . . . Τί γάρ, εἰ καλὰ ταῦτ᾽ ἐστιν, ὦ μύσται, καὶ συμφέροντα, συγκλεισάμενοι ἑαυτοὺς ἐν σκότῳ βαθεῖ τρεῖς ἢ τέτταρας μόνους ὠφελεῖτε, παρὸν ἅπαντας ἀνθρώπους ἐν ἀγορᾷ μέσῃ τὰ τῆς ὠφελείας προθέντας . . .; Οἱ μὲν γὰρ τὰ βλαβερὰ πράττοντες αἰσχυνέσθωσαν καὶ καταδύσεις ἐπιζητοῦντες καὶ γῆς μυχοὺς καὶ βαθὺ σκότος ἐπικρυπτέσθωσαν τὴν πολλὴν ἀνομίαν αὐτῶν ἐπισκιάζοντες, ὡς μηδεὶς ἴδοι· τοῖς δὲ τὰ κοινωφελῆ δρῶσιν ἔστω παρρησία καὶ μεθ᾽ ἡμέραν διὰ μέσης ἴτωσαν ἀγορᾶς ἐντευξόμενοι πολυανθρώποις ὁμίλοις κτλ.* Et quia Graeci argumento naturae semet ipsam abscondentis utebantur, Philo, quamquam alibi idem argumentum adhibet, hoc loco contrarium contendit: *Ἦ οὐχ ὁρᾷς, ὅτι καὶ ἡ φύσις τῶν ἑαυτῆς ἀοιδίμων καὶ παγκάλων ἔργων οὐδὲν ἀπέκρυψεν, ἀλλὰ ἀστέρας μὲν καὶ τὸν σύμπαντα οὐρανὸν εἴς τε τὴν δι᾽ ὄψεως τέρψιν καὶ πρὸς φιλοσοφίας ἵμερον ἀπέφηνεν, πελάγη δὲ καὶ πηγάς κτλ.*[2]

Similiter fabulas Graecas respuit De opif. mundi 1 sq.: *Τῶν ἄλλων νομοθετῶν οἱ μὲν . . . οἱ δὲ πολὺν ὄγκον προσπεριλαβόντες ἐξετύφωσαν*[3] *τὰ πλήθη μυθικοῖς πλάσμασι τὴν ἀλήθειαν ἐπικρύψαντες. Μωυσῆς δ᾽ ἑκάτερον ὑπερβάς, τὸ μὲν . . . τὸ δὲ ὡς κατεψευσμένον καὶ μεστὸν γοητείας . . . μήτ᾽ . . . μύθους πλασάμενος ἢ συναινέσας τοῖς ὑφ᾽ ἑτέρων συντεθεῖσιν.* Cf. Quod det. potiori insidiari soleat 125: *Ἐν δὲ τῇ τοῦ θεοῦ ποιητικῇ μύθου μὲν πλάσμα οὐδὲν εὑρήσεις.* Quae Moses litteris mandavit, non sunt *μύθου πλάσματα, οἷς τὸ ποιητικὸν καὶ σοφιστικὸν χαίρει γένος* (de opif. m. 157). Qui deum esse negant, sane

[1] Librorum quos Cohn et Wendland (et Reiter) ediderunt paragraphos indicamus, ceterorum paginas Mangeii vel Aucheri.

[2] Cf. P. Wendland *Philo und die kynisch-stoische Diatribe* in libro: *Beiträge zur Gesch. der griech. Philosophie und Religion* von P. W. und Otto Kern 1895, 42.

[3] Ex iis quae supra de theologia civili ad decipiendam plebem inventa diximus, probabile est cum optimae notae codice Laurentiano M (Cohn Prolegom. p. XXX sqq. et XXXIX) et aliis legendum esse *ἐξετύφλωσαν*.

contendunt *μηδ' ὅλως εἶναι. λέγεσθαι δ' αὐτὸ μόνον πρὸς ἀνθρώπων πλάσμασι μυθικοῖς ἐπισκιασάντων τὴν ἀλήθειαν* (ibid. 170), sed falluntur. Falso igitur impii Iudaeis dicunt (De confus. ling. 3): *Ἰδοὺ γὰρ αἱ ἱεραὶ λεγόμεναι βίβλοι παρ' ὑμῖν καὶ μύθους περιέχουσιν, ἐφ' οἷς εἰώθατε γελᾶν, ὅταν ἄλλων διεξιόντων ἀκούητε.* Si quis putaret deum commodo suo creasse paradisum, haec esset *μυθοποιΐα*, quae *μηδὲ εἰς νοῦν ἔλθοι ποτὲ τὸν ἡμέτερον* (Leg. allegor. I 43). De poster. Caini 2 *τὰς μυθικὰς ὑποθέσεις, ὧν μεστὸς ὁ βίος ἐστί,* improbat.

Nihilominus Philo silentium quoddam mysticum novit et agnoscit, quin etiam summopere commendat et postulat. *Ἄτοπον,* inquit (Harris *Fragments of Philo Iud.* 1886, 99 ex Joannis Damasceni Parallelis 782 B = cod. Rupefucaldi f. 189), *ἐν μὲν ταῖς πόλεσιν νόμον εἶναι τοῦ μυστικὰ μυστήρια μὴ ἐξαγγεῖλαι τοῖς ἀμυήτοις, τὰς δὲ ἀληθεῖς τελετάς, αἳ πρὸς εὐσέβειαν ἄγουσιν καὶ ὁσιότητα, εἰς ὦτα μεστὰ φλυαρίας ἐκρίπτειν.* Hic locus ex priore libro Quaestionum in Exodum sumptus esse videtur, cum apud Jo. Damasc. Parall. 782 B (Mangey p. 658) arte coniunctus sit cum hoc loco, qui apud Harris p. 75 (ante quem eum ediderat Pitra Anal. sac. II 308) ex cod. Coislin. 276 f. 205 expressus perhibetur promptus esse *ἐκ τοῦ πρώτου τῶν ἐν Ἐξόδῳ ζητημάτων: Οὐ πάντων κοινωνητέον πᾶσιν οὔτε λόγων οὔτε πραγμάτων καὶ μάλιστα ἱερῶν· πολλὰ γὰρ προϋπάρξαι δεῖ τοῖς ἐφιεμένοις τῆς μετουσίας τούτων· πρῶτον μέν, τὸ μέγιστον καὶ ἀναγκαιότατον, πρὸς τὸν ἕνα καὶ ὄντως ὄντα θεὸν εὐσέβειαν καὶ ὁσιότητα ἔχειν*[1], *τὴν ἐπὶ τοῖς ἀγάλμασι καὶ ξοάνοις καὶ συνόλως ἀφιδρύμασι τελεταῖς τε ἀτελέστοις καὶ μυστηρίοις ἀνοργιάστοις ἀνήνυτον πλάνην ἀπωσαμένοις· δεύτερον δὲ καθαρθῆναι τὰς ἁγνευτικὰς*[2] *καθάρσεις κατά τε σῶμα καὶ ψυχὴν διὰ νόμων πατρίων καὶ ἠθῶν· τρίτον ἀξιόπιστον τοῦ συνασμενισμοῦ παρασχεῖν ἐνέχυρον, ἵνα μὴ τραπέζης μεταλαβόντες ἱερᾶς*[3] *ἀσώτων μειρακίων τρόπον ὑπὸ κόρου καὶ πλησμονῆς ἐναλλοιωθῶσιν ἐμπαροινοῦντες οἷς οὐ θέμις.* Quod det. pot. ins. sol. 102: *Μηδ' ὅτι γλώττης καὶ στόματος καὶ φωνητηρίων ὀργάνων μεμοίρασαι, πάντ' ἐκλάλει, καὶ τὰ ἄρρητα· τὸ γὰρ ἐχεμυθεῖν ἔστιν ὅπου χρήσιμον. Καί μοι δο-*

---

[1] *ἔχειν* om. Harris. [2] *ἁγνευούσας* Parall.

[3] *τροφῆς μ. τῆς ἱ.* Parall.

*κοῦσιν οἱ μαθόντες λέγειν μεμαθηκέναι καὶ ἡσυχάζειν, τῆς αὐτῆς δυνάμεως περιποιούσης ἑκάτερον κτλ.* De sacrif. Abelis et Caini 60 sqq.: Anima quae deum cognovit *τῶν τελείων μύστις γενομένη τελετῶν μηδενὶ προχείρως ἐκλαλῇ τὰ μυστήρια, ταμιευομένη δὲ αὐτὰ καὶ ἐχεμυθοῦσα ἐν ἀπορρήτῳ φυλάττῃ· γέγραπται γὰρ ἐγκρυφίας ποιεῖν* (Gen. 18, 6), *ὅτι κεκρύφθαι δεῖ τὸν ἱερὸν περὶ τοῦ ἀγενήτου καὶ τῶν δυνάμεων αὐτοῦ μύστην λόγον, ἐπεὶ θείων παρακαταθήκην ὀργίων οὐ παντός ἐστι φυλάξαι. Τὸ γὰρ τῆς ἀκράτορος ψυχῆς νᾶμα ἔξω ῥέον διὰ στόματός τε καὶ γλώττης πάσαις ἀκοαῖς ἐπαντλεῖται, ὧν αἱ μὲν εὐρυχώρους δεξαμενὰς ἔχουσαι τὸ ἐπεισχεόμενον φυλάττουσιν, αἱ δὲ διὰ στενότητα πόρων ἀδυνατοῦσιν ἄρδεσθαι· τὸ δ' ὑπερβλύζον ἀκατασχέτως ἐκχεόμενον σκίδναται πάντῃ, ὡς ὑπαναπλεῖν καὶ ἐπινήχεσθαι τὰ κεκρυμμένα καὶ φορυτοῦ τρόπον εἰκαίου τὰ πάσης ἄξια σπουδῆς μετὰ συρμοῦ καταφέρεσθαι κτλ.*

Cum dignis igitur et probatis viris iisque silentii tenacibus mysteria communicanda sunt, ceteri arceantur. Legum alleg. II 57: *Οὐ γὰρ πᾶσιν ἐπιτρεπτέον τὰ θεοῦ καθορᾶν ἀπόρρητα, ἀλλὰ μόνοις τοῖς δυναμένοις αὐτὰ περιστέλλειν* (i. e. tegere) *καὶ φυλάττειν.* Malorum est prodere *τὰ ἀπόρρητα καὶ ἡσυχαστέα* (De spec. leg. II 50). Cf. fr. p. 651 Mang. (ex Jo. Dam. Parall. 533 C): *Οἱ λάλοι τὰ ὀφείλοντα ἡσυχάζεσθαι ῥηγνύντες τρόπον τινὰ ὑπὸ γλωσσαλγίας προχέουσιν εἰς ὦτα ἀκοῆς οὐκ ἄξια.* De fuga et invent. 81: *Φίλαυτοι δὴ μᾶλλον ἢ φιλόθεοι σπουδάσαντες οἱ τοιοῦτοι τρόποι πάντες εἶναι βαινέτωσαν ἔξω περιρραντηρίων, ἵν' ὡς μιαροὶ καὶ ἀκάθαρτοι μηδ' ἐξ ἀπόπτου τὴν ἱερὰν φλόγα τῆς ἀνακαιομένης ἀσβέστου ψυχῆς καὶ θεῷ καθαγνιζομένης ὁλοκλήρῳ καὶ παντελεῖ δυνάμει θεάσωνται.* 85: *Ἐλαύνετε οὖν, ἐλαύνετε, ὦ μύσται καὶ ἱεροφάνται θείων ὀργίων, τὰς μιγάδας καὶ σύγκλυδας καὶ πεφυρμένας, δυσκαθάρτους καὶ δυσεκπλύτους ψυχάς, αἳ ἄκλειστα μὲν ὦτα, ἄθυρον δὲ γλῶτταν, ὄργανα τῆς ἑαυτῶν βαρυδαιμονίας εὐτρεπῆ, περιφέρουσιν, ἵνα καὶ πάντων καὶ ὧν μὴ θέμις ἀκούωσι καὶ πάντα καὶ ὅσα μὴ χρεὼν ἐκλαλῶσιν* (cf. 86 *εὔφημον στόμα ἀντὶ κατηγόρου γλώττης*). Fr. *ἐκ τοῦ δευτέρου τῶν ἐν Γενέσει ζητημάτων* p. 658 Mang. (ex Jo. Dam. Parall. 782 A): *Οὐ θέμις τὰ ἱερὰ μυστήρια ἐκλαλεῖν ἀμυήτοις, ἄχρις ἂν καθαρθῶσι τελείᾳ καθάρσει. Ὁ γὰρ ἀνοργίαστος καὶ εὐχερής, ἀσώματον καὶ νοητὴν φύσιν ἀκούειν ἢ*

*βλέπειν ἀδυνατῶν, ὑπὸ τῆς φανερᾶς ὄψεως ἀπατηθείς, μωμήσεται τὰ ἀμώμητα. Τοῖς ἀμυήτοις ἐκλαλεῖν μυστήρια καταλύοντός ἐστι τοὺς θεσμοὺς τῆς ἱερατικῆς τελετῆς.* Non solum purgata anima, sed etiam vera pietate opus est iis, qui sapientiae reconditae compotes fieri volunt. De Cherub. 42: *Ἵνα δὲ τὴν ἀρετῶν κύησιν καὶ ὠδῖνα εἴπωμεν, ἀκοὰς ἐπιφραξάτωσαν οἱ δεισιδαίμονες τὰς ἑαυτῶν ἢ μεταστήτωσαν· τελετὰς γὰρ ἀναδιδάσκομεν θείας τοὺς τελετῶν ἀξίους τῶν ἱερωτάτων μύστας, οὗτοι δ' εἰσὶν οἱ τὴν ἀληθῆ καὶ οὖσαν ὄντως ἀκαλλώπιστον εὐσέβειαν μετὰ ἀτυφίας ἀσκοῦντες· ἐκείνοις δὲ οὐχ ἱεροφαντήσομεν κατεσχημένοις ἀνιάτῳ κακῷ, τύφῳ ῥημάτων καὶ ὀνομάτων γλισχρότητι κτλ.* 48: *Ταῦτα, ὦ μύσται κεκαθαρμένοι τὰ ὦτα, ὡς ἱερὰ ὄντως μυστήρια ψυχαῖς ταῖς ἑαυτῶν παραδέχεσθε καὶ μηδενὶ τῶν ἀμυήτων ἐκλαλήσητε κτλ.* Bona quoque indole praeditos esse eos decet, qui ad mysteria accedunt, Quod deus sit immut. 61: *Οἱ μὲν οὖν εὐμοίρου φύσεως λαχόντες καὶ ἀγωγῆς ἐν πᾶσιν ἀνυπαιτίου, τὴν μετὰ ταῦθ' ὁδὸν τοῦ βίου λεωφόρον καὶ εὐθεῖαν εὑρίσκοντες, ἀληθείᾳ συνοδοιπόρῳ χρῶνται, παρ' ἧς μυηθέντες τὰ περὶ τοῦ ὄντος ἀψευδῆ μυστήρια τῶν γενέσεως οὐδὲν προσαναπλάττουσιν αὐτῷ*; ceteri figmentis (*τὰ ψευδῆ*) edocentur (63—69). Solus ille qui rebus terrenis renuntiavit mysteriis aptus est, De somn. I 82: *Δηλοῖ γὰρ σαφέστατα διὰ τούτων, ὅτι ἐναγὴς εἰσάπαν οὐδείς ἐστιν, ὡς ταῖς ἁγίαις καὶ ἱεροπρεπέσι χρῆσθαι τελεταῖς, ᾧ τὰς αἰσθητὰς τοῦ θνητοῦ βίου λαμπρότητας ἔτι τετιμῆσθαι συμβέβηκεν.* Nonnumquam iuniores arcana audire vetantur, velut De sacrif. Ab. et Caini 131: *Ἄιδεται δέ τις καὶ τοιοῦτος ἐν ἀπορρήτοις λόγος, ὃν ἀκοαῖς πρεσβυτέρων παρακατατίθεσθαι χρὴ νεωτέρων ὦτα ἐπιφράξαντας.*

Inter ipsos initiatos gradus initiationis distingui videntur De Cherub. 48 sq.: *Ἐὰν δέ τινι τῶν τετελεσμένων ἐντυγχάνητε, λιπαρῶς ἐγκείμενοι περιέχεσθε, μή τινα ἄρα καινοτέραν εἰδὼς τελετὴν ἐπικρύπτηται, μέχρις ἂν αὐτὴν σαφῶς ἀναδιδαχθῆτε. Καὶ γὰρ ἐγὼ παρὰ Μωυσεῖ τῷ θεοφιλεῖ μυηθεὶς τὰ μεγάλα μυστήρια ὅμως αὖθις Ἱερεμίαν τὸν προφήτην ἰδὼν . . . οὐκ ὤκνησα φοιτῆσαι πρὸς αὐτόν.*

Silentium praecipue ad res divinas et sanctas pertinere ut vidimus ita aliis locis confirmatur: Legum alleg. III 100 *νοῦς*, qui deum vidit, est *τὰ μεγάλα μυστήρια μυηθείς.*

Deus praeter hoc nomen „dei" aliud habet omnino tegendum (De vita Mos. II 114), *ὃ μόνοις τοῖς ὦτα καὶ γλῶτταν σοφίᾳ κεκαθαρμένοις θέμις ἀκούειν καὶ λέγειν ἐν ἁγίοις, ἄλλῳ δὲ οὐδενὶ τὸ παράπαν οὐδαμοῦ* (i. e. יהוה)[1]. Propterea initiationes sacrae appellantur (Leg. alleg. III 219): *Ἀναπετάσαντες οὖν ὦτα, ὦ μύσται, παραδέξασθε τελετὰς ἱερωτάτας.* „Initiatus" idem est qui „sanctus", „profanus" idem qui „non sanctus". De poster. Caini 96: *Τὸ μὲν γὰρ ἀπαξιωθὲν ἀριθμοῦ βέβηλον, οὐχ ἅγιον.* Ibid. 110 inter se opponuntur *ἱερὰ καὶ βέβηλα.* De plantat. 53 *βεβήλων* et *ἁγίων*; cf. De mut. nom. 104 al.

Quin etiam natura divina ultima silentii ratio est. Deum humana mente comprehendi non posse saepissime a Philone edocemur, velut De poster. Caini 13sqq. Viso deo intelligentia humana excaecatur (De spec. leg. I 37). Ideo quid sit deus verbis enuntiari nequit. De mut. nom. 14: *Τὸ ὂν* (= deus) *ἄρρητόν ἐστιν.* 15: *Τὸ τῶν ὄντων πρεσβύτατον ἄρρητον . . . καὶ μὴν εἰ ἄρρητον, καὶ ἀπερινόητον καὶ ἀκατάληπτον*; cf. Quis rer. div. heres 170 *ἄρρητον τὸ ὄν.* Summus et beatus deus materiae tactu non inquinatur (De spec. leg. I 329 et saepius). Ideo ultra res *τῇ γενέσει* subiectas in summa pace residet, quin etiam ipse est pax, *εἰρήνη* (De somn. II 253)[2]. Qui eum quaerunt, hanc quietem et hoc silentium imitari debent. De Abrahamo 87: *Οἱ γὰρ ζητοῦντες καὶ ἐπιποθοῦντες θεὸν ἀνευρεῖν τὴν φίλην αὐτῷ μόνωσιν ἀγαπῶσι, κατ' αὐτὸ τοῦτο σπεύδοντες πρῶτον ἐξομοιοῦσθαι τῇ μακαρίᾳ καὶ εὐδαίμονι φύσει.* De gigant. 52 sqq.: *Τὸ μὲν γὰρ μετὰ λόγου τοῦ κατὰ προφορὰν οὐ βέβαιον, ὅτι δυάς, τὸ δ' ἄνευ φωνῆς μόνῃ ψυχῇ τὸ ὂν θεωρεῖν ἐχυρώτατον, ὅτι κατὰ τὴν ἀδιαίρετον ἵσταται μονάδα. Ὥστε οὖν ἐν μὲν τοῖς πολλοῖς, τουτέστι τοῖς πολλὰ τοῦ βίου τέλη προτεθειμένοις, οὐ καταμένει τὸ θεῖον πνεῦμα, κἂν πρὸς ὀλίγον χρόνον ἀναστραφῇ, μόνῳ δὲ ἀνθρώπων εἴδει ἑνὶ παραγίνεται, ὃ πάντα ἀπαμφιασάμενον τὰ ἐν γενέσει καὶ τὸ ἐσωτάτω καταπέτασμα καὶ προκάλυμμα τῆς δόξης ἀνειμένῃ καὶ γυμνῇ τῇ διανοίᾳ πρὸς θεὸν ἀφίξεται. Οὕτω καὶ Μωυσῆς . . . εἰς τὸν γνόφον, τὸν ἀειδῆ χῶρον, εἰσελθὼν αὐτοῦ καταμένει τελούμενος τὰς ἱερωτάτας τελετάς. Γίνεται δὲ*

[1] Cf. Quis rerum div. her. 170; Leg. ad. Caium 353.

[2] Deus est *ἑστώς*; cf. Bousset *Kyrios Christos* 1913, 176 n. 3.

*οὐ μόνον μύστης, ἀλλὰ καὶ ἱεροφάντης ὀργίων καὶ διδάσκαλος θείων, ἃ τοῖς ὦτα κεκαθαρμένοις ὑφηγήσεται.* Cf. Leg. alleg. III 3: *Τῶν ἀφανῶν θεοῦ μυστηρίων.* Ad haec sacra initia homo non propria virtute, sed dei tantum auxilio pervenit. Leg. all. III 27: *Τίνι οὖν ψυχῇ ἀποκρύπτειν καὶ ἀφανίζειν κακίαν ἐγένετο, εἰ μὴ ᾗ ὁ θεὸς ἐνεφανίσθη, ἣν καὶ τῶν ἀπορρήτων μυστηρίων ἠξίωσε; φησὶ γάρ· „μὴ κρύψω ἐγὼ ἀπὸ Ἀβραὰμ τοῦ παιδός μου ἃ ἐγὼ ποιῶ;"* (Gen. 18, 17) *εὖ, σῶτερ, ὅτι τὰ σεαυτοῦ ἔργα ἐπιδείκνυσαι τῇ ποθούσῃ τὰ καλὰ ψυχῇ καὶ οὐδὲν αὐτὴν τῶν σῶν ἔργων ἐπικέκρυψαι.* De somn. I 164: *Αὐτός, ὦ ἱεροφάντα, ὑπήχει καὶ ἐπιστάτει καὶ ἐγχρίων μή ποτε ἀπείπῃς, ἕως ἐπὶ τὸ κεκρυμμένον ἱερῶν λόγων φέγγος ἡμᾶς μυσταγωγῶν ἐπιδείξῃς τὰ κατάκλειστα καὶ ἀτελέστοις ἀόρατα κάλλη.* Vera doctrina *οὐ φαίνεται πᾶσιν, ἀλλὰ μόνῳ τῷ θεῷ καὶ εἴ τις θεῷ φίλος* (Leg. alleg. III 71). Ipse *ἱερὸς λόγος* aliis est rex, aliis magister vel consiliarius, *τοῖς δὲ ὡς φίλος ἐπιεικῶς καὶ μετὰ πειθοῦς πολλὰ καὶ τῶν ἀπορρήτων ἀναφέρει, ὧν οὐδένα τῶν ἀτελέστων ἐπακοῦσαι θέμις* (De somn. I 191).

Neque vero solum natura divina, sed in universum rerum natura dicitur esse abscondita et solis initiatis manifesta. Philo non semel celeberrimo illo Heracliti utitur: *Ἡ φύσις κρύπτεσθαι φιλεῖ* (fr. 123 Diels.), velut De fug. et invent. 179, De mut. nom. 60, Quaest. in Genes. IV 1 p. 237 Aucher.[1]: „Arbor est secundum Heraclitum natura nostra, quae se obducere et abscondere amat". Deo et philosophia ducibus homo in rerum naturae secreta penetrat, Quaest. in Genes. IV 21 p. 261: „O felicem animam, cui naturam et illa quae secundum naturam monstravit deus, ablato velo et nudata cuiusque operis efficaciore comprehensione. Hoc contemplativae vitae omniumque virtutum terminus est, nude videre naturam et[2] naturae tegumenta, quibus erat celata, auferente Domino et Patre monstranteque manifeste opera sua intellectui; extra quae nihil visu dignum prius censetur aut meretur studium. Quoniam qui non domestice philosophantur animae oculis, obcaecati sunt nec videre possunt nec mundum neque quae in isto

[1] Philonis Iud. Paralipomena Armena per P. Joa. Bapt. Aucher. 1826.
[2] „et" videtur delendum esse.

sunt; omnia enim dilata et celata sunt iure eis qui videre nequeunt."

Sicut Philo, quamvis mysteriorum silentium aspernetur, silentium tamen quoddam mysticum agnoscit, ita et s e r m o n e m a e n i g m a t i c u m, quamquam Graecorum mythos despicit, aliquatenus laudat et approbat. Veritatem enim nudam et incomptam (*ἀκαλλώπιστα καὶ γυμνά*) proferre est *ἄσκεπτον καὶ ἀταλαίπωρον καὶ ἀ φ ι λ ό σ ο φ ο ν*. Ideo Moses *παγκάλην καὶ σ ε μ ν ο τ ά τ η ν ἀρχὴν ἐποιήσατο τῶν νόμων, μήτ' εὐθὺς ἃ χρὴ πράττειν ἢ τοὐναντίον ὑπειπὼν κτλ.* (De opif. m. 1 sq.). Quae ille narrat, non sunt mythi, *ἀλλὰ δ ε ί γ μ α τ α τ ύ π ω ν ἐπ' ἀ λ λ η γ ο ρ ί α ν π α ρ α κ α λ ο ῦ ν τ α κατὰ τὰς δι' ὑ π ο ν ο ι ῶ ν ἀ π ο δ ό σ ε ι ς* (ibid. 157). Legum scriptor *α ἰ ν ί τ τ ε τ α ι* (ibid. 154 et saepissime). Duplex propterea est scripturae interpretatio, *ἡ ῥητή* et *ἡ δι' ὑπονοιῶν* (De Abrah. 88 et saep.). Illa est manifesta et omnibus nota, haec abscondita et paucis aperta (ibid. 147): *Ἡ μὲν οὖν ἐν φανερῷ καὶ πρὸς τοὺς πολλοὺς ἀπόδοσις ἥδ' ἐστίν· ἡ δ' ἐ ν ἀ π ο κ ρ ύ φ ῳ καὶ π ρ ὸ ς ὀ λ ί γ ο υ ς . . . αὐτίκα λεχθήσεται.* Ideo Moses est *ἱεροφάντης* (Leg. alleg. III 151; 173 et saep.). Alter sensus vocatur s y m b o l i c u s. De spec. leg. I 200: *Μηνύεται δὲ καὶ νοῦς ἕτερος α ἰ ν ι γ μ α τ ώ δ η λόγον ἔχων τὸν δ ι ὰ σ υ μ β ό λ ω ν· σύμβολα δ' ἐστὶ τὰ λεχθέντα φανερὰ ἀ δ ή λ ω ν κ α ὶ ἀ φ α ν ῶ ν.* Leg. alleg. I 1: *Συμβολικῶς μὲν γὰρ τὸν νοῦν οὐρανὸν . . . καλεῖ.* A e g y p t i i Mosi tradidere *τὴν διὰ συμβόλων φιλοσοφίαν, ἣν ἐν τοῖς λεγομένοις ἱεροῖς γράμμασιν ἐπιδείκνυνται* (De vita Mos. I 23).

Sensus arcanus a veri studiosis investigandus est. De confus. ling. 143: *Ἀλλὰ μὴ τὸ πρόχειρον τοῦτο καὶ κατημαξευμένον ἐν τοῖς ἱερωτάτοις χρησμοῖς ἀναγεγράφθαι νομίσῃς, ἀλλ' ὅπερ ἀ π ο κ ε κ ρ υ μ μ έ ν ο ν ἰχνηλατεῖται διὰ τῶν ἐμφανῶν ὀνομάτων.* Paucis iis, qui ut eam inveniant apti sunt, acumine ingenii opus est. De somn. II 3: *Αὕτη γὰρ (ἡ ὄψις) αἰνιγματώδης μὲν ἦν, τὸ δὲ αἴνιγμα οὐ λίαν τοῖς ὀ ξ ὺ κ α θ ο ρ ᾶ ν δυναμένοις ἀπεκρύπτετο.*

Paucis illis est *ἰτέον ἐπ' ἀ λ λ η γ ο ρ ί α ν τὴν ὁρατικοῖς φίλην ἀνδράσι* (De plantat. 36). Allegoria quasi clavis est, quae absconditos scripturae thesauros patefacit.

M e t h o d u m allegoricam Philo a Stoicis accepit, quorum

allegoriam Homericam laudat et usurpat in sermone II de provid.[1] p. 75 sq. Aucher.: „Si enim pervenit usque in orbem terrarum gloria Hesiodi et Homeri, in causa fuere sententiae sub rebus comprehensae . . . Omitto quod neque illud paulo ante a te memoratum blasphemiam includit de diis, sed est indicium inclusae physiologiae, cuius non licet apud illos quorum capita minime sunt uncta[2] patefacere mysteria. Verum obiter tibi specimen aliquorum velut per exemplum indicabo, quatenus nempe quis poterit sententiam confirmare secundum legem; siquidem vetat lex mysteria iis qui inhabiles sunt ad mysterium exponere“. Deinde Stoica plane ratione nonnullos deos interpretatur; Vulcanus est ignis eqs.

Hanc „physicam rationem“ (cuius ratio ethica partem constituebat) Philo ad scripturas sacras Iudaeorum accommodavit. Ideo saepissime interpretationem allegoricam inducit verbo *φυσικώτατα* (Leg. Alleg. I 25, ubi sequitur allegoria ethica; cf. 37; III 177 al.) vel *καὶ φυσικῶς καὶ ἠθικῶς* (ibid. I 39; cf. De plantat. 120 *λόγον γὰρ καὶ φυσικώτατον καὶ ἠθικώτατον ἔχει*). Hic philosophandi modus vocatur *φυσιογνωμονεῖν* (De somn. I 164).

Attamen Philo quamvis allegoricam Stoicorum methodum accurate sequatur, ultra Stoicam rationem progreditur, cum nonnumquam post physicam interpretationem aliam proferat, quam rectius theologicam appellabimus, cum ad deum spectet. Velut De Cherub. 27 sqq. postquam Cherubim *τὴν τοῦ παντὸς οὐρανοῦ φορὰν κτλ.* significare dixit, iam novam et subliminiorem explicationem affert, quae ad naturam divinam pertinet. De somn. I sol Philoni symbolum est a) mentis humanae (77), b) sensus (79), c) rationis divinae (*θεῖος λόγος* 85), d) ducis ac patris universi (87; 90) i. e. dei. Quin etiam in libro cui titulus est Quis rer. div. her. 98 *φυσιολογία*, cui astronomia opponitur, significat theologiam quam nos dicimus.

---

[1] Philonis Iud. sermones tres hactenus inediti ex Armena versione antiquissima . . . in Latium fideliter translati per P. J. B. Aucher. 1822.

[2] Unctionem quandam mystarum commemorat Firmicus Maternus de errore profan. relig. c. 22, quae tamen ab unctione de qua Philo verba facit, differt. Cf. De somn. I 164 (supra p. 78) *ὦ ἱεροφάντα . . . ἐγχρίων μή ποτε ἀπείπῃς, ἕως . . . ἐπιδείξῃς κτλ.*

Sed Philo etiamsi hoc allegoriae usu rationem Stoicam excedit, tamen nusquam se huius rei conscium esse indicat; immo eodem modo quo Stoici ablato velamine fabuloso iam nudam veritatem apparere contendebant, Philo dicit (De agricult. 97): *Ἐν δὲ ταῖς δι᾽ ὑπονοιῶν ἀποδόσεσι τὸ μὲν μυθῶδες ἐκποδὼν οἴχεται, τὸ δ᾽ ἀληθὲς ἀρίδηλον εὑρίσκεται*, ita ut vestis fabulosa ad rectam doctrinam non videatur esse necessaria. Recordemur tamen Philonem alibi sermonem imaginibus non tectum tamquam *ἀφιλόσοφον* repudiasse. Quid hoc sibi velit ad silentium mysticum, infra videbimus.

Suas denique de occultatione mystica et de sermone symbolico opiniones Philo apud nonnullas sectas inveniri contendit. Legum all. I 15: *Παρὸ μυθεύοντες οἱ Πυθαγόρειοι τῇ ἀειπαρθένῳ καὶ ἀμήτορι αὐτὴν (τὴν ἑβδομάδα) ἀπεικάζουσιν*[1]. Quod omnis prob. lib. sit 2 sq.: Sacrum Pythagoreorum sodalicium edocetur „*ταῖς λεωφόροις μὴ βαδίζειν ὁδοῖς*“ . . . *αἰνιττόμενος διὰ συμβόλου τὸ μήτε λόγοις μήτ᾽ ἔργοις δημώδεσι καὶ πεπατημένοις χρῆσθαι. Ὅσοι δὲ φιλοσοφίαν γνησίως ἠσπάσαντο*, . . . *ἀτραπὸν ἄλλην ἐκαινοτόμησαν ἄβατον ἰδιώταις λόγων καὶ δογμάτων, ἰδίας ἀνατείλαντες ὧν οὐδενὶ μὴ καθαρῷ θέμις ψαύειν*. Ibid 82: Apud Essaeos *τὰ πλεῖστα διὰ συμβόλων ἀρχαιοτρόπῳ ζηλώσει . . . φιλοσοφεῖται*. Therapeutae quoque *ἐντυγχάνοντες τοῖς ἱεροῖς γράμμασι φιλοσοφοῦσι τὴν πάτριον φιλοσοφίαν ἀλληγοροῦντες, ἐπειδὴ σύμβολα τὰ τῆς ῥητῆς ἑρμηνείας νομίζουσιν ἀποκεκρυμμένης φύσεως ἐν ὑπονοίαις δηλουμένης*, ut ait De vita contempl. 28. Ibid. 78: *Αἱ δὲ ἐξηγήσεις τῶν ἱερῶν γραμμάτων γίνονται δι᾽ ὑπονοιῶν ἐν ἀλληγορίαις· ἅπασα γὰρ ἡ νομοθεσία δοκεῖ τοῖς ἀνδράσι τούτοις ἐοικέναι ζῴῳ καὶ σῶμα μὲν ἔχειν τὰς ῥητὰς διατάξεις, ψυχὴν*[2] *δὲ τὸν ἐναποκείμενον ταῖς λέξεσιν ἀόρατον νοῦν, ἐν ᾧ ἤρξατο ἡ λογικὴ ψυχὴ διαφερόντως τὰ οἰκεῖα θεωρεῖν, ὥσπερ διὰ κατόπτρου τῶν ὀνομάτων ἐξαίσια κάλλη νοημάτων ἐμφαινόμενα κατιδοῦσα καὶ τὰ μὲν σύμβολα διαπτύξασα καὶ διακαλύψασα, γυμνὰ δὲ εἰς φῶς προαγαγοῦσα τὰ ἐνθύμια τοῖς δυναμένοις ἐκ*

[1] Numerorum interpretationem symbolicam Pythagoricam vel potius Neopythagoricam Philo saepissime imitatus est.

[2] Cf. Reitzenstein *Hellenist. Mysterienrel.* 146 sqq.

*μικρᾶς ὑπομνήσεως τὰ ἀφανῆ διὰ τῶν φανερῶν θεωρεῖν.* Quod det. pot. ins. sol. 175 sq. in mentem revocat *τινὰς τῶν σοφῶν τροχιζομένους ὑπὲρ τοῦ τὰ ἄρρητα μηνῦσαι γλῶτταν ἀποτραγόντας* silentium servasse. Testimoniis a Cohnio allatis (Plut. de garrul. 8 p. 505 D, Diog. L. IX 27) addimus Timycham feminam Pythagoricam supra p. 56 commemoratam.

Philonis sententiis in ordinem redactis iam aliquatenus quae eius in usurpando silentio voluntas fuerit perspicuum est.

Occultationem sane mysticam, qualem mystae Eleusinii observavere, et fabularum Graecorum involucra penitus aspernatur Iudaeus. Quo enim illi mysteria et mythos Graecorum, cui uberrimi religionis Iudaicae et librorum sacrorum fontes praesto erant? Quodsi nihilominus artis vocabula mystica saepissime usurpat, eum his sensum novum et translatum attribuere veri simile est. An vero illa verba mystica sermonis ornandi tantum causa adhibuisse putandus est? Nam qui proprium voci sensum demit, aut verba tantum facit sermonis expoliendi gratia, aut novum sensum, qui verbis propriis exprimi nequit, usitatis subdit.

Haec ut diiudicemus, primum quaeramus, quosnam Philo initiatione dignos, quos putet a mysteriis suis arcendos.

Admittit eos qui bona naturae indole et ingenii acumine excellunt, qui solidam pietatem prae se ferunt, qui linguam cohibere callent, qui a terrenis rebus se abdicaverunt et soli menti se dederunt, qui animam puram gestant. Aetatem etiam aptam requirit, cum interdum minores natu repellat. In universum docet non omnia cum omnibus communicanda esse, sed ea sola, quorum auditores capaces sunt. De spec. leg. I 120: *Μεταδοτέον γὰρ οὐ πᾶσι πάντων, ἀλλὰ τῶν ἐφαρμοζόντων τοῖς ληψομένοις· εἰ δὲ μή, τὸ κάλλιστον καὶ λυσιτελέστατον τῶν ἐν τῷ βίῳ, τάξις, ἀναιρεθήσεται.* Ergo Philo auditores certis legibus adstringit, quae tamen non ad ritus externos velut lustrationes corporum et similia, sed ad mentem solam eiusque habitum spectant. Quicumque legibus stare voluerit, admittitur, quin maxime invitatur, ut accedat.

Dixerit quispiam: ergo Philo rationibus „paedagogicis“ tantum quas nos dicimus ad leges illas scribendas adductus est.

Sed „anima pura" quam philosophus Iudaeus expostulat, ut altius inquiramus monet.

Cur enim Philo legibus viam quae est ad doctrinam suam praestruxit? Sane placita eius altiora et sublimiora sunt, quam quae ab omnibus quibuslibet intellegantur. Sed hoc satis non est. Immo potius veritas altior est, quam ut ab hominibus solius rationis ope inveniatur et intellegatur, cum non solum naturae secreta et impervia, sed etiam res divinas et ipsum deum tangat. Natura enim se abscondere amat, deus vero „incomprehensibilis" et „ineffabilis" neque mentis humanae intellegentia circumscribi neque verbis enuntiari potest.

Qui nihilominus lucem divinam aspicere desiderant, iis auxilio divino opus est. Numen enim nonnullis, quos ex multis eligit quique purgata anima dignos se hac gratia effecerunt, penetralia sapientiae aperit et cum eis in ecstasi loquitur *ἐν εἴδει καὶ οὐ δι' αἰνιγμάτων* (Leg. alleg. III 103).

Veritas igitur, cum ex natura sua abscondita sit, velis rituum vel disciplinae externae non indiget, sed ipsa se a profanorum oculis defendit et dignis tantum pulchritudinem suam fruendam concedit.

H a e c e s t v e r a e t u l t i m a s i l e n t i i a P h i l o n e p o s t u l a t i r a t i o. Eo quod mystis „verarum teletarum" silentium identidem imperat, doctor doctrinae suae vim mysticam gravissime et efficacissime praedicat. Neque negare possumus eum hoc modo placitis suis mysticum colorem comparasse et maximam auctoritatem et aestimationem conciliasse.

At quae magni aestimantur, ab omnibus sapientibus appetuntur. Philo doctrinam suam noluit re vera celare, sed contra omnibus dignis offerre et commendare omnesque ad eam amplectendam allicere [1].

[1] Cf. Zeller *Ph. d. Gr.* III 2⁴, 465 n. 2. Reitzenstein *Poimandres* 1904, 204 n. 1; *Hellenistische Mysterienreligionen* 37 sq. — Bousset *Rel. des Judentums im neutest. Zeitalter*² 1906, 504: *Es ist keineswegs nur Jargon und Nachahmung, wenn er (Philo) zu immer wiederholten Malen seine Lehren als Mystagoge vorträgt.* 519: *Der Zauber der Mysterienreligion hat auch den Philo in seinen Bannkreis gezogen. Er spricht ihre Sprache und wenn er . . . seine Philosophie mit dem „Geheimnis" umgibt, . . . so ist das nicht bloß künstliche Nachahmung und Herübernahme.*

Restat ut, quid Philo de narratione mythica et de allegoria docuerit, perpendamus. De Stoicis agentes eorum methodum allegoricam nihil cum silentio mystico commune habere statuimus neque verbis mysticis quae illi effutiebant decepti sumus; philosophia enim Stoica a sensu mystico plane abhorret. Sed quid de Philone, quem rei mysticae ex animo deditum fuisse nemo negabit? Ratio enim, quam Iudaeus in interpretandis sacris scripturis sequitur, nihilo a Stoica differt. At cum Stoici ex omnibus fabulis placita sua physica eruant, Philo physicae allegoriae theologicam (quamquam ipsam quoque physicam vocat) superaddit i. e. doctrinas metaphysicas quas dicimus e librorum sacrorum „mythis" enucleat. Res vero metaphysicae vel divinae non doctis antiquorum fabricis, sed natura sua, ut supra intelleximus, arcanae sunt, et quamvis interpretatione allegorica illustrentur, semper manent „mysteria". Talibus igitur doctrinis ex natura sua absconditis optime convenit sermo fabulosus non ut vestis extrinsecus rebus narratis inducta, sed ut forma ex rei natura excrescens et necessaria. Philo, si sibi constitit, propterea rationem quandam esse inter sermonem mythicum et silentium mysticum statuere, quin etiam, sicut Plutarchum fecisse infra videbimus, allegoriam Stoicam sola ratione physica gaudentem impugnare et refellere debuit. Sed hoc clare perspexisse non videtur. Numquam enim se hoc discrimen [1] animadvertisse indicat. Re tamen vera allegoria

---

*sondern innere Geistesverwandtschaft mit dem Mysterienwesen seiner Zeit.* At cum Philo, ut supra probavimus, mysteria improbet, rectius Reitzenstein l. s. c. scribit: *Mit ihr (der Lehre vom Enthusiasmus) hängt die beständige Einführung Philonischer Lehren als μυστήρια, die nur dem Geweihten zugänglich sein sollen, zusammen. Boussets Erklärung scheint mir nicht ganz zu genügen. Nicht die Einwirkung von Mysteriengemeinden, sondern eine ausgebildete litterarische Form und Manier scheint das Bestimmende. Freilich verbindet Ph. mit ihr religöses Empfinden.* Bousset 522: *Ph. ist sich bewußt, wirklich im Besitz einer Mysterienlehre von Gott und seinen Kräften zu sein.* Cf. etiam Mead *Ph. v. Al. und die hellenistische Theologie.* Vierteljahrsschrift f. Bibelkunde III (1908) 183 sqq.

[1] Physicam Stoicorum allegoriam differre nonnullis rebus a Philonis ratione theologica non perspexisse videtur Paulus Heinisch *Der Einfluss Philos auf die älteste christliche Exegese* 1908 (= Alttestamentliche Abhandlungen hg. von J. Nikel 1 et 2). Rectius rem intellexit E. Bréhier

Philoniana, cum mysticam doctrinae sub imaginibus conditae indolem agnoscat, filo etsi occulto cum silentio mystico ligata est.

Silentium Philonis Neopythagoreorum silentii simillimum est, id quod non solum eo explicatur, quod utraque schola sensu mystico imbuta erat, sed etiam quod ipse Philo philosophiae Neopythagoricae non ignarus erat. In theologia praecipue, quae Philoni et Neopythagoreis de deo primo et summo placebant, eis erant fere communia. In hoc tamen dissentiebant, quod Neopythagorei utique mysteriorum silentium approbabant Philone utpote Iudaeo illud acerrime aspernante. Ergo cum apud illos silentium, quale in philosophia servabant, cum mysteriorum disciplina aliquo modo coniunctum sit, hic silentium suum iam plane a radice e qua processit abscidit. Quod nonnumquam ad Aegyptiorum mores mysticos provocat, Neopythagoreos imitatur; et cum sit Iudaeus, sua aetate Iudaeis

---

*Les idées philosophiques et religieuses de Philon d' Alexandrie* 1908, 35—66 *La méthode allégorique*, qui p. 39 haec scribit: . . . „le célèbre petit traité allégorique néo-pythagoricien intitulé Le Tableau de Cébès nous révèle une manière d' allégorie dans le fond et dans la forme, qui a, avec la manière de Philon, de nombreux points communs. L' allégorie stoïcienne portait sur les personnages ou les récits mythiques, transmis par les poètes, ou rencontrés dans la religion populaire. Mais la doctrine philosophique par laquelle ils les interprétaient en était indépendante et développée auparavant pour elle-même. Tout autre est la méthode du Tableau. L'auteur décrit une peinture placée dans un temple et il y montre en l' expliquant allégoriquement toute une doctrine morale. Ici la peinture, l' image concrète, est le moyen indispensable, sans lequel on ne saurait arriver à la doctrine morale qu'il représente. La vérité est par elle-même cachée, recouverte comme d' un voile par les figures et il faut pénétrer le sens de ces figures pour l' atteindre. Une pareille idée fait de l' allégorie, non plus une méthode auxiliaire, comme chez les stoïciens, mais tout a fait indispensable à la recherche de la vérité. D' où est provenue cette idée que la vérité doit être cachée sous des symboles? Elle parait être née des mystères, et plus particulièrement des mystères orphiques“ etc. Quae Bréhier de Cebetis tabula scribit, videntur esse falsa, cum libelli auctor Stoica plane ratione praecepta moralia antea concepta ex tabula eruat. At quod dicit Philoni et aliis sermonem symbolicum non meram formam esse, sed necessario usurpari ad secretam veritatem aliquatenus manifestandam et hac in re cum mysteriorum disciplina cohaerere, verum vidit. Rem tamen aliquanto clarius quam Bréhier mihi explicasse videor.

nomen dei pronuntiare non licuisse scit (De vita Mos. II 114, supra p. 77).

Neque philosophi Platonici primi et alterius p. C. n. saeculi quos recentiores Platonicos nominamus, ut eos a Neoplatonicis distinguamus, ad rem mysticam non proclives erant, praesertim cum doctrinae Platonicae elementa Neopythagorica admiscerent. Inter quos primum locum obtinet Plutarchus Chaeronensis.

Qui mysteriorum silentium se servare testatur in Consol. ad uxorem 10 p. 611 D: *Καὶ μὴν ἃ τῶν ἄλλων ἀκούεις, οἳ πείθουσι πολλοὺς λέγοντες ὡς οὐδὲν οὐδαμῇ τῷ διαλυθέντι κακὸν οὐδὲ λυπηρόν ἐστιν, οἶδ' ὅτι κωλύει σε πιστεύειν ὁ πάτριος λόγος καὶ τὰ μυστικὰ σύμβολα τῶν περὶ τὸν Διόνυσον ὀργιασμῶν, ἃ σύνισμεν ἀλλήλοις οἱ κοινωνοῦντες.* Similiter in Quaest. conviv. IV 6, 1 p. 671 D mysteria Liberi celanda esse dicit: Iudaeorum deus idem est qui Liber; *καὶ τὰ μὲν πολλὰ τῶν εἰς τοῦτο τεκμηρίων μόνοις ἐστὶ ῥητὰ καὶ διδακτὰ τοῖς μυουμένοις παρ' ἡμῖν εἰς τὴν τριετηρικὴν παντέλειαν· ἃ δὲ λόγῳ διελθεῖν οὐ κεκώλυται πρὸς φίλους ἄνδρας, ἄλλως τε καὶ παρ' οἶνον ἐπὶ τοῖς τοῦ θεοῦ δώροις, ἂν οὗτοι κελεύωσι, λέγειν ἕτοιμος.* Ea quoque quae Orphicis de „ovo mundi" placuerunt profanis abscondenda sunt, Quaest. conviv. II 3, 2 p. 636 DE: *Τὸ δ' ἐπὶ τούτοις, ἔφη γελάσας, „ἀείσω ξυνετοῖσι" τὸν Ὀρφικὸν*[1] *καὶ ἱερὸν λόγον, ὃς οὐκ ὄρνιθος μόνον τὸ ᾠὸν ἀποφαίνει πρεσβύτερον, ἀλλὰ καὶ συλλαβὼν ἅπασαν αὐτῷ τὴν ἁπάντων ὁμοῦ πρεσβυγένειαν ἀνατίθησι· καὶ τἄλλα μὲν „εὔστομα κείσθω" καθ' Ἡρόδοτον* (II 171)· *ἔστι γὰρ μυστικώτερα κτλ.* Silentii Pythagorici Plutarchus mentionem facit in fragmento incerti libri (VII 150 Bernardakis. ex Stob. flor. 33, 16; cf. supra p. 55): . . . *τοῦτο ἐχεσίγησιν οἱ Πυθαγορικοὶ καλοῦντες οὐδὲν ἀπεκρίνοντο τοῖς περὶ θεῶν ὅ τι τύχοιεν ἰταμῶς καὶ εὐχερῶς ἐρωτῶσι* et clarius etiam in Quaest. conviv. VIII 8, ubi Lucius Pythagoreus convivis de symbolis confabulantibus silet; dein Empedocles quidam dicit: *Εἰ δὲ ταῦτα τῶν ὑπὸ τὴν ἐχεμυθίαν ἐστίν, ἀλλ' ἐκεῖνό γε δοκῶ μήτ' ἄρρητον εἶναι μήτ' ἀνέξοιστον πρὸς ἑτέρους κτλ.* (p. 728 DE). Sermonem sym-

[1] Cf. Abel, Orphic. fr. 42.

bolicum Pythagorae attribuit in libri De Iside et Osiride c. 10 p. 354 EF: Pythagoras . . . *θαυμάσας τοὺς ἄνδρας* (sacerdotes Aegyptios) *ἀπεμιμήσατο τὸ συμβολικὸν αὐτῶν καὶ μυστηριῶδες, ἀναμείξας αἰνίγμασι τὰ δόγματα κτλ.* „Teletae" in universum in libro De defectu orac. commemorantur (14 p. 417 C): *Περὶ μὲν οὖν τῶν μυστικῶν, ἐν οἷς τὰς μεγίστας ἐμφάσεις καὶ διαφάσεις λαβεῖν ἔστι τῆς περὶ δαιμόνων ἀληθείας, „εὔστομά μοι κείσθω" καθ' Ἡρόδοτον.* Ad orgia Bacchica et Isiaca simul haec verba spectant (De Is. et Osir. 35 p. 364 E): *τὰ μὲν ἀπόρρητα κατὰ χώραν ἐῶμεν, ἃ δ' ἐμφανῶς δρῶσι θάπτοντες τὸν Ἆπιν οἱ ἱερεῖς . . . βακχείας οὐδὲν ἀποδεῖ,* ad res Aegyptias simul et Graecas haec (ibid. 25 p. 360 F): *τὰ γὰρ Γιγαντικὰ καὶ Τιτανικὰ παρ' Ἕλλησιν ᾀδόμενα . . . οὐδὲν ἀπολείπουσι τῶν Ὀσιριακῶν καὶ Τυφωνικῶν ἄλλων θ' ὧν πᾶσιν ἔξεστιν ἀνέδην μυθολογουμένων ἀκούειν· ὅσα τε μυστικοῖς ἱεροῖς περικαλυπτόμενα καὶ τελεταῖς ἄρρητα διασῴζεται καὶ ἀθέατα πρὸς τοὺς πολλούς, ὅμοιον ἔχει λόγον.*

Silentium a mystis servandum non solum ritus et caerimonias, sed doctrinas etiam tangere concluserit quispiam ex loco libri De def. orac. 14 supra allato, ubi *τὰ μυστικά* veram de daemonibus sententiam tradere dicuntur. At cum haec sententia non ipsa tradatur in mysteriis, sed orgiis sacris, ex quibus eruenda sit, nitatur tantum, rerum philosophicarum vel theologicarum occultationis testimonium inde lucrari non possumus.

Taciturnitatem, quam a Neopythagoreis cum reticentia arte coniunctam esse supra diximus, Plutarchus saepe commendat. De liberis educ.[1] 14 p. 10 EF: *Τὸ τοίνυν τῆς γλώττης κρατεῖν . . . εἴ τις μικρὸν καὶ φαῦλον ὑπείληφε, πλεῖστον διαμαρτάνει τῆς ἀληθείας. Σοφὸν γὰρ εὔκαιρος σιγὴ καὶ παντὸς λόγου κρεῖττον. Καὶ διὰ τοῦτό μοι δοκεῖ τὰς μυστηριώδεις τελετὰς οἱ παλαιοὶ κατέδειξαν, ἵν' ἐν ταύταις σιωπᾶν ἐθισθέντες ἐπὶ τὴν τῶν ἀνθρωπίνων μυστηρίων πίστιν τὸν ἀπὸ τῶν θεῶν μεταφέρωμεν φόβον.* Mysteria et silentii

[1] Hic liber ab omnibus fere Plutarcho abiudicatur. Eum Plutarchi esse contendit A. Sizoo, De Plutarchi q. f. de liberis educ. libello, diss. Amstelod. 1918.

virtutem conectit etiam in libro De garrul. 8 p. 505 F: *Οἶμαι τοῦ μὲν λέγειν ἀνθρώπους, τοῦ δὲ σιωπᾶν θεοὺς διδασκάλους ἔχομεν, ἐν τελεταῖς καὶ μυστηρίοις σιωπὴν παραλαμβάνοντες.* Unde taciturnitas mysticum colorem prae se fert: De garrul. 4 p. 504 A *οὕτω τι βαθὺ καὶ μυστηριῶδες ἡ σιγή*, 8 p. 505 F *τὸ σιωπηρὸν καὶ μυστηριῶδες*, 17 p. 510 E *τὸ σεμνὸν καὶ τὸ ἅγιον καὶ τὸ μυστηριῶδες τῆς σιωπῆς.*

At ex his locis noli concludere Plutarchum silentii mystici vim ita attenuasse, ut nihil iam remaneret nisi taciturnitatis commendatio. Philosophus sane ut ritibus et superstitionibus mysticis placita sua philosophica et theologica probabat et confirmabat (cf. supra p. 87 De def. orac. 14 et loci De daed. Plat. et De Is. 2 infra afferendi), ita pronus fuisse putandus est, qui haec placita velamine eius, quod in mysteriis usu veniebat, simili tegeret. Revera eum occultationem mysticam magni fecisse ex eo colligitur, quod, quamquam nullo loco ipsam reticentiam exposcit (mihi certe, ut testimonium invenirem, non contigit), eam occultationem, quae sermone mythico et symbolico fit, saepenumero commemorat.

In fr. De daedalis Plataeensibus (Euseb. pr. ev. III 1; ed. Bernardakis. VII 43) § 1 Plutarchus scribit: *Ὅτι μὲν οὖν ἡ παλαιὰ φυσιολογία καὶ παρ' Ἕλλησι καὶ βαρβάροις λόγος ἦν φυσικὸς ἐγκεκρυμμένος μύθοις τὰ πολλὰ καὶ δι' αἰνιγμάτων καὶ ὑπονοιῶν ἀπόκρυφος καὶ μυστηριώδης θεολογία, τά τε λαλούμενα τῶν σιγουμένων ἀσαφέστερα*[1] *τοῖς πολλοῖς ἔχουσα καὶ τὰ σιγώμενα τῶν λαλουμένων ὑποπτότερα, κατάδηλόν ἐστιν ἐν τοῖς Ὀρφικοῖς ἔπεσι καὶ τοῖς Αἰγυπτιακοῖς καὶ Φρυγίοις λόγοις· μάλιστα δ' οἱ περὶ τὰς τελετὰς ὀργιασμοὶ καὶ τὰ δρώμενα συμβολικῶς ἐν ταῖς ἱερουργίαις τὴν τῶν παλαιῶν ἐμφαίνει διάνοιαν.* Deinde ethicas et physicas allegorias Stoicam plane secutus rationem profert[2]. Velim observes Plutarchum

---

[1] *Σαφέστερα* quod traditum est, corr. Reitzenstein *Poimandres* 164.

[2] Hac fragmenti parte non enuntiari Plutarchi ipsius, sed interlocutoris opinionem contendit R. Hirzel *Der Dialog* II (1895) 218; item P. Decharme *Mélanges H. Weil* 1898, 111—116. Quos recte refellit A. B. Hersman *Studies in greek allegorical interpretation* 1906, 52 n. 286. Plut. enim Stoicam rationem interdum adhibet interdum impugnat; cf. etiam Westerwick, De Plut. studiis Hesiodeis, diss. Monaster. 1893, 54—56.

non solum fabulas[1], sed etiam mysteriorum orgia[2] ita interpretari, ut rationem physicam contineant, quae allegoriae ope eruenda sit. Inter allegoriam autem Stoicam et silentium mysticum nullam nisi fictam intercedere rationem satis probasse nobis videmur. Ergo quamquam Plutarchus hoc loco formam symbolicam agnoscit, tamen ipsam occultationem mysticam non testatur.

Quid quod philosophus Chaeronensis alibi allegoriae quidem indulget, sed Stoicum allegoriae modum impugnat et vituperat? Non quo contendamus eum rationem Porticus plane improbare; verum ultra eam progreditur et physica ratione derelicta theologicas (vel „metaphysicas“) doctrinas fabulis subiectas eruere conatur[3]. Dicit enim Amator. 13 p. 757 BC Chrysippi et aliorum interpretationibus physicis enarratis: *Ὁρᾷς δήπου τὸν ὑπολαμβάνοντα βυθὸν ἡμᾶς ἀθεότητος, ἂν εἰς πάθη καὶ δυνάμεις καὶ ἀρετὰς διαγράφωμεν ἕκαστον τῶν θεῶν.* De def. orac. 29 p. 426 B vituperantur *οὗτοι τοὺς θεοὺς ἀέρων ἕξεις ποιοῦντες καὶ ὑδάτων καὶ πυρὸς δυνάμεις ἐγκεκραμένας ἡγούμενοι κτλ.*; cf. ibid. 12 p. 400 D. De Is. et Osir. 66 p. 377 DE Plutarchus monet, *μὴ λάθωσιν εἰς πνεύματα καὶ ῥεύματα καὶ σπόρους καὶ ἀρότους καὶ πάθη γῆς καὶ μεταβολὰς ὡρῶν διαγράφοντες τὰ θεῖα καὶ διαλύοντες κτλ.* Verus utique deorum cultor fabulas sacras et orgia mystica perscrutari et intellegere studet; nam *Ἰσιακός ἐστιν ὡς ἀληθῶς ὁ τὰ δεικνύμενα καὶ δρώμενα . . . λόγῳ ζητῶν καὶ φιλοσοφῶν περὶ τῆς ἐν αὐτοῖς ἀληθείας* (De Is. 3 p. 352 C). Sed haec veritas ratione physica non continetur, sed est *ἡ τοῦ πρώτου καὶ κυρίου καὶ νοητοῦ γνῶσις*, est *γνῶσις τοῦ ὄντος* i. e. dei (ibid. 2 p. 352 A).

Deus vero obscure tantum cognoscitur. De Is. 9 p. 354 B—D: Rex Aegyptiorum si non fuit sacerdos, *εὐθὺς ἐγίγνετο τῶν ἱερέων καὶ μετεῖχε τῆς φιλοσοφίας, ἐπικεκρυμ-*

---

[1] Cf. etiam fr. 146 (Bernard. VII 173 sqq.), ubi Homerus *θαυμαστὴν ἔχει τῶν περὶ ψυχῆς θεωρίαν.*

[2] Velut mysteria Isiaca in libro De Is. et Osir. inscripto passim.

[3] Cf. P. Decharme *Critique des traditions religieuses chez les Grecs* 469—477; R. Volkmann *Leben, Schriften und Philosophie des Pl.* II (1869) 294.

*μένης τὰ πολλὰ μύθοις καὶ λόγοις ἀμυδρὰς ἐμφάσεις τῆς ἀληθείας καὶ διαφάσεις ἔχουσιν, ὥσπερ ἀμέλει καὶ παραδηλοῦσιν αὐτοὶ πρὸ τῶν ἱερῶν τὰς σφίγγας ἐπιεικῶς ἱστάντες, ὡς αἰνιγματώδη σοφίαν τῆς θεολογίας αὐτῶν ἐχούσης. Τὸ δ' ἐν Σάι τῆς Ἀθηνᾶς . . . ἕδος ἐπιγραφὴν εἶχε τοιαύτην· „ἐγώ εἰμι πᾶν τὸ γεγονὸς καὶ ὂν καὶ ἐσόμενον καὶ τὸν ἐμὸν πέπλον οὐδείς πω θνητὸς ἀπεκάλυψεν".* Aegyptii Iovem vocant *Ἀμοῦν*, quod *Μανεθὼς ὁ Σεβεννύτης τὸ κεκρυμμένον οἴεται καὶ τὴν κρύψιν ὑπὸ ταύτης δηλοῦσθαι τῆς φωνῆς . . . Διὸ τὸν πρῶτον θεόν, ὃν τῷ παντὶ τὸν αὐτὸν νομίζουσιν, ὡς ἀφανῆ καὶ κεκρυμμένον ὄντα*[1] *προσκαλούμενοι καὶ παρακαλοῦντες ἐμφανῆ γενέσθαι καὶ δῆλον αὐτοῖς, Ἀμοῦν λέγουσιν. Ἡ μὲν οὖν εὐλάβεια τῆς περὶ τὰ θεῖα σοφίας Αἰγυπτίων τοσαύτη ἦν.*

Qua de causa mirum non est veteres doctrinam theologicam fabulis et symbolis condidisse, in quibus id quod verum est tamquam in obscuro speculo aspicitur; nam si quis fabulas illas perscrutatus fuerit, non assequitur nisi *ἀμυδρὰς ἐμφάσεις τῆς ἀληθείας* (cf. supra). Neque ulla fabula perfectam et absolutam (ut Stoici putabant) veritatem largitur, De genio Socr. 21 p. 589 F: *Καὶ γὰρ εἰ μὴ λίαν ἀκριβῶς, ἀλλ' ἔστιν ὅπῃ ψαύει τῆς ἀληθείας καὶ τὸ μυθῶδες*[2]. Theologia quoque non plena cognitione fruitur, De Is. 68 p. 378 BC: *Τὸν δ' Ἁρποκράτην οὔτε θεὸν ἀτελῆ καὶ νήπιον οὔτε χεδρόπων τινὰ νομιστέον, ἀλλὰ τοῦ περὶ θεῶν ἐν ἀνθρώποις λόγου νεαροῦ καὶ ἀτελοῦς καὶ ἀδιαρθρώτου προστάτην καὶ σωφρονιστήν· διὸ τῷ στόματι τὸν δάκτυλον ἔχει προσκείμενον ἐχεμυθίας καὶ σιωπῆς σύμβολον.* Theologum igitur fabulis et imaginibus veritatem etsi indicantibus, sed non plane denudantibus uti convenit. Fabula est velut iris, quae solis imaginem recipit et reddit (De Is. 20 p. 358 F—359 A).

Iam apparet allegoriam Plutarchi, quamquam, quod ad viam ac rationem attinet, Stoicae simillima fuerit[3], alioqui multum ab ea discrepasse. Chaeronensi enim forma fabulosa,

---

[1] Cf. De Is. 75 p. 381 B: *Βλέπειν μὴ βλεπόμενον, ὃ τῷ πρώτῳ θεῷ συμβέβηκεν.*

[2] Cf. De Is. 58 p. 374 E: *Χρηστέον δὲ τοῖς μύθοις οὐχ ὡς λόγοις πάμπαν οὖσιν κτλ.* et ibid. 67 sq.

[3] Cf. Zeller *Ph. d. Gr.* III $2^4$ p. 214 n. 4.

quae a Stoicis vestis doctrinae pro libidine veterum superaddita putabatur, plane naturalis et necessaria esse videtur, ut res divinae, quae verbis satis enarrari non possunt, aliquatenus imaginum ambage exprimantur ita, ut obscurae semper maneant. Fabulae et symbola verum et demonstrant et tegunt, produnt et tacent. Ergo Plutarchi interpretatio allegorica vero, non ficto vinculo cum silentio iuncta est.

Quod silentium rectene vocatur mysticum? Supra vidimus philosophum Chaeronensem mysteriorum silentium custodisse. Sed etiam altioris significationis eiusque philosophicae silentium mysticum recte Plutarcho adscribes. Silentium enim (et sermo symbolicus) circa deum versatur humano ori ineffabilem et res divinas rationi hominis impervias. Ubi vero res divinae se abscondunt, homo religione mystica, qua illas assequatur, utitur i. e. auxilio divino et favore se veritatem intellecturum, immo possessurum esse et hac via cum deo uniri posse sperat. Ideo Plutarchus De Is. 1 p. 351 C πάντα μὲν inquit δεῖ τἀγαθὰ τοὺς νοῦν ἔχοντας αἰτεῖσθαι παρὰ θεῶν, μάλιστα δὲ τῆς περὶ αὐτῶν ἐπιστήμης ὅσον ἐφικτόν ἐστιν ἀνθρώποις μετιόντες εὐχώμεθα τυγχάνειν παρ᾽ αὐτῶν ἐκείνων. Mens corporis expers veritatem intuetur et tangit, De Is. 77 p. 382 DE: Ἡ δὲ τοῦ νοητοῦ καὶ εἰλικρινοῦς καὶ ἁπλοῦ νόησις ὥσπερ ἀστραπὴ διαλάμψασα τῆς ψυχῆς ἅπαξ ποτὲ θιγεῖν καὶ προσιδεῖν παρέσχε κτλ. Silentium quod cum talibus de rebus divinis opinionibus cohaeret, recte vocamus mysticum. Cuius altioris silentii mystici disciplina tacendi in mysteriis usurpata non est nisi exemplar et praeparatio.

Inde ultimam silentii rationem rerum divinarum indolem occultam esse colligitur. Quidquid autem occultum est, animum hominis simul terret et ad quaerendum invitat. Sermonem symbolicum timorem et reverentiam excitare scribit Plutarchus De Pyth. orac. 25 p. 406 F—407 A: Εὖ γὰρ εἰδέναι χρὴ τὸν θεόν, ὥς φησι Σοφοκλῆς (fr. 298 Nauck.), „σοφοῖς μὲν αἰνικτῆρα θεσφάτων ἀεί, σκαιοῖς δὲ φαῦλον κἂν βραχεῖ διδάσκαλον“. Μετὰ δὲ τῆς σαφηνείας καὶ ἡ πίστις οὕτως ἐστρέφετο συμμεταβάλλουσα τοῖς ἄλλοις πράγμασιν, ὥστε πάλαι μὲν τὸ μὴ σύνηθες μηδὲ κοινὸν ἀλλὰ λοξὸν ἀτεχνῶς καὶ περιπεφρασμένον εἰς ὑπόνοιαν θειότητος ἀνάγοντας ἐκ-

*πλήττεσθαι καὶ σέβεσθαι τοὺς πολλούς κτλ.*[1]. Quaerendi quoque studium inicit, De E apud Delphos 2 p. 385 C: *Ἐπεὶ δὲ τοῦ φιλοσοφεῖν, ἔφη, τὸ ζητεῖν* ⟨*ἀρχή, τοῦ δὲ ζητεῖν*⟩ (suppl. Paton) *τὸ θαυμάζειν καὶ ἀπορεῖν. εἰκότως τὰ πολλὰ τῶν περὶ τὸν θεὸν ἔοικεν αἰνίγμασι κατακεκρύφθαι καὶ λόγον τινὰ ποθοῦντα διὰ τί καὶ διδασκαλίαν τῆς αἰτίας κτλ.* De Is. 67 p. 378 A: *Συμβόλοις χρῶνται* (mystae) *καθιερωμένοις οἱ μὲν ἀμυδροῖς οἱ δὲ τρανοτέροις, ἐπὶ τὰ θεῖα τὴν νόησιν ὁδηγοῦντες κτλ.* Observes velim *τὸ σέβας*, quod deabus Eleusiniis deferri vidimus, hic ad sermonem mythicum translatum esse. Nam sicut deae mystam horrore terrent et benignitate mulcent, ita fabula in auditoris animo vi occulta et reverentiam excitat et curiositatem incendit.

Ut paucis comprehendamus, Plutarchus silentium mysticum et novit et ipse observat. Quod silentium et ad res proprie mysticas et ad doctrinas theologicas pertinet. Alterum hoc silendi genus philosophicum sermone fabuloso et symbolico plerumque continetur[2]. Causa eius est rerum divinarum ratio occulta et maiestas. Exemplo silentii sacri et sermonis aenigmatici sunt etiam sacra Aegyptia.

Silentium Plutarchi philosophicum tam arto vinculo cum mysteriorum disciplina colligatum est, ut interdum, quando res

---

[1] Hanc doctrinam ad rhetoricam transtulit Demetrius, Plutarchi, ut videtur, fere aequalis, De elocutione 99: *Μεγαλεῖον δέ τί ἐστι καὶ ἡ ἀλληγορία . . .* 100: *ὥσπερ συγκαλύμματι τοῦ λόγου τῇ ἀλληγορίᾳ κέχρηται· πᾶν γὰρ τὸ ὑπονοούμενον φοβερώτερον, καὶ ἄλλος εἰκάζει ἄλλο τι· ὃ δὲ σαφὲς καὶ φανερόν, καταφρονεῖσθαι εἰκός, ὥσπερ τοὺς ἀποδεδυμένους.* 101: *Διὸ καὶ τὰ μυστήρια ἐν ἀλληγορίᾳ λέγεται πρὸς ἔκπληξιν καὶ φρίκην, ὥσπερ ἐν σκότῳ καὶ νυκτί. Ἔοικεν δὲ καὶ ἡ ἀλληγορία τῷ σκότῳ καὶ τῇ νυκτί.* — Ad poesin eam accommodavit Ps.-Plutarchus De Homero c. 92 p. 1131 A: *Εἰ δὲ δι' αἰνιγμάτων καὶ μυθικῶν λόγων τινῶν ἐμφαίνεται τὰ νοήματα, οὐ χρὴ παράδοξον ἡγεῖσθαι. Τοῦτο γὰρ αἴτιον ποιητικῆς καὶ τῶν ἀρχαίων ἦθος, ὅπως οἱ μὲν φιλομαθοῦντες μετά τινος εὐμουσίας ψυχαγωγούμενοι ῥᾷον ζητῶσί τε καὶ εὑρίσκωσι τὴν ἀλήθειαν· οἱ δὲ ἀμαθεῖς μὴ καταφρονῶσι τούτων, ὧν οὐ δύνανται συνιέναι. Καὶ γάρ ἐστί πως τὸ μὲν δι' ὑπονοίας σημαινόμενον ἀγαστόν· τὸ δὲ φανερῶς λεγόμενον εὐτελές.* Cf. etiam Josephus Antiqu. Iud. praef. I 4, 24: *Τὰ μὲν αἰνιττομένου τοῦ νομοθέτου δεξιῶς, τὰ δὲ ἀλληγοροῦντος μετὰ σεμνότητος.*

[2] Notamus Plutarchum fabulas turpes et obscaenas tamquam indignas reicere De Is. 20 p. 358 E: *Τοῦ μύθου τὰ κεφάλαια τῶν δυσφημοτάτων ἐξαιρεθέντων.*

silentio vel forma symbolica tegendae mysteriorum auctoritate fulciuntur, tantum non cum illa confundatur [1]. Silentium igitur philosophicum, quod magis magisque a disciplina mystica separari et sui iuris fieri observavimus, iam ad illam quodammodo reverti videtur.

Hac re Plutarchus a silentio, quale Plato servabat, recessit, quocum in nonnullis aliis concordat. Platonem verbis tectis et aenigmaticis nonnumquam usum esse Plutarchus opinatur De Is. 48 p. 370 F: *Πλάτων δὲ πολλαχοῦ μὲν οἷον ἐπηλυγαζόμενος καὶ παρακαλυπτόμενος τῶν ἐναντίων ἀρχῶν τὴν μὲν ταὐτὸν ὀνομάζει, τὴν δὲ θάτερον. Ἐν δὲ τοῖς Νόμοις ἤδη πρεσβύτερος ὢν οὐ δι' αἰνιγμῶν οὐδὲ συμβολικῶς, ἀλλὰ κυρίοις ὀνόμασιν οὐ μιᾷ ψυχῇ φησι κινεῖσθαι τὸν κόσμον κτλ.* In libris qui inscribuntur De sera numinis vindicta et De genio Socratis aeque atque fecerat Plato mythos disputationi dialecticae adiunxit. At vero cum Plato instituta mystica ita proferret, ut ea placitis suis philosophicis plane adaptaret, Plutarchus silentium philosophicum cum mysteriorum silentio artissime coniunxit hacque ratione ultra non solum Platonis, sed etiam Neopythagoreorum (ut taceam de Philone) silendi rationem progressus est et ad opiniones Hermeticas et Neoplatonicas propius accessit.

Ex ceteris huius aevi praeter Plutarchum Platonicis pauci tantum loci afferri possunt. Maximus Tyrius diss. IV Hobein. more suo rhetorico de fabulis philosophatur: 5 *Πάντα μεστὰ αἰνιγμάτων, καὶ παρὰ ποιηταῖς καὶ παρὰ φιλοσόφοις. Ὧν ἐγὼ τὴν πρὸς τὸ ἀληθὲς αἰδῶ ἀγαπῶ μᾶλλον ἢ τὴν παρρησίαν τῶν νεωτέρων. Πραγμάτων γὰρ ὑπ' ἀνθρωπίνης ἀσθενείας οὐ καθορωμένων σαφῶς εὐσχημονέστερος ἑρμηνεὺς ὁ μῦθος. Ἐγὼ δὲ εἰ μέν τι πλέον ἐθεάσαντο τῶν προτέρων οἱ ἔπειτα, μακαρίζω τοὺς ἄνδρας τῆς θέας· εἰ δὲ μηδενὶ πλεονεκτοῦντες κατὰ τὴν γνῶσιν μετέλαβον αὐτῶν τὰ αἰνίγματα εἰς μύθους σαφεῖς, δέδια μή τις αὐτῶν ἐπιλάβηται ὡς ἐξαγορευόντων ἀπορρήτους λόγους. Τί γὰρ ἂν ἄλλο εἴη μύθου χρεία; λόγος περισκεπὴς ἑτέρῳ κόσμῳ, καθάπερ τὰ*

[1] Velut mysteria Isiaca cognitionem rerum divinarum praebent philosophicam: De Is. 2 p. 351 E—352 A.

ἱδρύματα, οἷς περιέβαλλον οἱ τελεσταὶ χρυσὸν καὶ ἄργυρον καὶ πέπλους, τὰ πρῶτα ἀποσεμνύνοντες αὐτῶν τὴν προσδοκίαν. Θρασεῖα γὰρ οὖσα ἡ ἀνθρωπίνη ψυχὴ τὰ μὲν ἐν ποσὶν ἧσσον τιμᾷ, τοῦ δὲ ἀπόντος θαυμαστικῶς ἔχει· καταμαντευομένη δὲ τῶν οὐχ ὁρωμένων καὶ θηρεύουσα ταῦτα τοῖς λογισμοῖς, μὴ τυχοῦσα μὲν σπεύδει ἀνευρεῖν, τυχοῦσα δὲ ἀγαπᾷ ὡς ἑαυτῆς ἔργον. 6 Τοῦτο τοίνυν οἱ ποιηταὶ κατανοήσαντες ἐξεῦρον ἐπ' αὐτῇ μηχανὴν ἐν τοῖς θείοις λόγοις, μύθους λόγου μὲν ἀφανεστέρους, αἰνίγματος δὲ σαφεστέρους, διὰ μέσον ὄντας ἐπιστήμης πρὸς ἄγνοιαν· κατὰ μὲν τὸ ἡδὺ πιστευομένους, κατὰ δὲ τὸ παράδοξον ἀπιστουμένους· [cf. Arrian. Anab. II 16, 6 *εἰ μή τις . . . τὸ οὐ πιστὸν τοῦ λόγου ἀποκρύπτειν ἐθέλοι τῷ μύθῳ*] καὶ χειραγωγοῦντες τὴν ψυχὴν ἐπὶ τὸ ζητεῖν τὰ ὄντα καὶ διερευνᾶσθαι περαιτέρω κτλ. Haec doctrinam Platonicam quamvis aqua satis dilutam sapiunt. Ceterum Maximo deus est *ἄρρητος φωνῇ* (diss. II 10 A); cf. Zeller *Ph. d. Gr.* III 2⁴ p. 223. Adiungimus Albinum, qui in introductione in Platonis dialogos c. 27 p. 35 ed. C. Fr. Hermanni Platonem cum paucis tantum doctrinam suam quae est de deo communicasse scribit: *Τὸ μὲν δὴ τιμιώτατον καὶ μέγιστον ἀγαθὸν οὔτε εὑρεῖν ᾤετο εἶναι ῥάδιον οὔτε εὑρόντας ἀσφαλὲς εἰς πάντας ἐκφέρειν* [sic locum Tim. 28 C mutavit: *Τὸν μὲν οὖν ποιητὴν καὶ πατέρα τοῦδε τοῦ παντὸς εὑρεῖν τε ἔργον καὶ εὑρόντα εἰς πάντας ἀδύνατον λέγειν*!][1]. *Πάνυ γὰρ ὀλίγοις τῶν γνωρίμων καὶ τοῖς γε προκριθεῖσι τῆς περὶ τοῦ ἀγαθοῦ ἀκροάσεως μετέδωκε.* C. 10 p. 20: *Περὶ τῆς τρίτης ἀρχῆς* (i. e. de deo) *ποιητέον τὸν λόγον, ἣν μικροῦ δεῖν καὶ ἄρρητον ἡγεῖται ὁ Πλάτων.* Ibid.: *Ὁ πρῶτος θεὸς . . ἄρρητος.* Apuleio quoque deus est ineffabilis. De deo Socr. c. 4 p. 9, 15 sqq. Thomas. Platonem de parente deorum inducit docentem: „Hunc solum maiestatis incredibili quadam nimietate et ineffabili non posse penuria sermonis humani quavis oratione vel modice comprehendi, vix sapientibus viris, cum se vigore animi, quantum licuit, a corpore removerunt, intellectum huius dei, id quoque interdum, velut in

[1] Cf. Cicero Timaei § 2: „Atque illum quidem quasi parentem huius universitatis invenire difficile est, cum eum inveneris indicare in vulgus nefas". Cf. etiam De deor. nat. I § 30 secundum emendationem Th. Birtii *Berl. phil. Woch.* 1918, 574 et Apul. De Plat. I 5 infra p. 95.

artissimis tenebris rapidissimo coruscamine lumen candidum intermicare". De Platone I 5 p. 86, 15 sqq. Th.: „Deum Plato pronuntiat indictum, innominabilem et, ut ait ipse, ἀόρατον, ἀδάμαστον, cuius naturam invenire difficile est, si inventa sit, in multos eam enuntiari non posse. Platonis haec verba sunt: θεὸν εὑρεῖν τε ἔργον εὑρόντα τε εἰς πολλοὺς ἐκφέρειν ἀδύνατον". Theo Smyrnaeus, qui in Expositione rerum math. p. 14 Hiller. τὴν φιλοσοφίαν, inquit, μύησιν φαίη τις ἂν ἀληθοῦς τελετῆς καὶ τῶν ὄντων ὡς ἀληθῶς μυστηρίων παράδοσιν, videtur translatione rhetorica tantum usus esse.

Libros Hermeticos si perlegimus, primo aspectu non sectae philosophicae placita, sed sodalicii religiosi libros sacros in manibus habere nobis videmur, cum omnes una voce se doctrinam a dis acceptam neque ab ullo hominum inventam tradere profiteantur. At cum alii tum Ios. Kroll libro nuper edito qui inscriptus est *Die Lehren des Hermes Trismegistos*[1] doctrinas a Mercurio Termaximo pervulgatas cum philosophia, qualis aevo imperatorum ex opinionibus Graecorum et Orientalium commixtis exorta est, plerumque concinere probaverunt. Mysticum igitur splendorem quoque, qui Mercurii libris offusus est, et silentii legem, quam doctor divinus discipulis identidem imponit, tam ex superstitionibus mysticis quam ex philosophia originem duxisse suspicio est. Altera sententia eo videtur confirmari, quod philosophos, quos adhuc tractavimus, silentio mystico favere deprehendimus. Sed priusquam hanc quaestionem diiudicamus, omnia, quantum fieri potest, silentii mystici testimonia ex libris Hermeticis qui extant conquirenda sunt[2].

Doctrina Hermetica talis est, quae paucis tantum gratia deorum electis[3] aperiatur et tradatur ceteris seclusis et a profanorum auribus defendatur. Tractatus XIII corporis Hermetici (p. 114 Parthey.) inscribitur: Ἑρμοῦ τοῦ Τρισμεγίστου

---

[1] Beiträge zur Gesch. d. Philos. des Mittelalters hg. von Cl. Bäumker XII 2—4 (1914). Cf. Guil. Kroll, Pauly-Wiss. *RE* VIII 1 p. 793 sqq., praecipue 815.

[2] Diversos doctrinae Hermeticae gradus non distinguimus, cuius quaestionis difficillimae incerta initia fecerunt Zielinski *Archiv f. Religionswiss.* VIII 321 sqq. et Bousset in censura libri Krolliani *Gött. Gel. Anz.* 1914, 697—755. [3] Cf. Bousset l. c. 729 sq.

πρὸς τὸν υἱὸν Τὰτ ἐν ὄρει λόγος ἀπόκρυφος περὶ παλιγγενεσίας καὶ σιγῆς ἐπαγγελίας. In hoc libello qui docet filio dicit (§ 16 p. 124 P.): Ἄκουε — τὸν ὕμνον τῆς παλιγγενεσίας, ὃν οὐκ ἔκρινα οὕτως εὐκόλως ἐκφάναι, εἰ μὴ σοὶ ἐπὶ τέλει τοῦ παντός. Ὅθεν τοῦτο οὐ διδάσκεται, ἀλλὰ κρύπτεται ἐν σιγῇ. Sequitur ὑμνῳδία κρυπτή. In fine pater silentium imperat (§ 22 p. 127, 17—128, 2 P.): Τοῦτο μαθὼν παρ' ἐμοῦ τῆς ἀρετῆς σιγὴν ἐπάγγειλαι, μηδενί, τέκνον, ἐκφαίνων τῆς παλιγγενεσίας τὴν παράδοσιν, ἵνα μὴ ὡς διάβολοι λογισθῶμεν. Antea monuerat (13 p. 122, 13 sqq. P.): . . . διὰ τὸν λόγον τοῦτον τὸν περὶ τῆς παλιγγενεσίας, εἰς ὃν ὑπεμνηματισάμην [1], ἵνα μὴ ὦμεν διάβολοι τοῦ παντὸς εἰς τοὺς πολλούς, εἰς οὓς αὐτὸς οὐ θέλει θεός. Ex sermone qui inscribitur Ἑρμοῦ ἐκ τοῦ πρὸς Τάτ haec proferimus (Stob. I 277, 25—278, 4 W.): Οὗτοι οἱ λόγοι ὀλίγους παντελῶς τοὺς ἀκροατὰς ἔχουσιν ἢ τάχα οὐδὲ τοὺς ὀλίγους ἕξουσιν. Ἔχουσι δὲ καὶ ἴδιον ἐν ἑαυτοῖς· τοὺς κακοὺς μᾶλλον παροξύνουσι πρὸς τὴν κακίαν· διὸ χρὴ τοὺς πολλοὺς φυλάττεσθαι μὴ νοοῦντας τῶν λεγομένων τὴν ἀρετήν [2]. In dialogi cui titulus est „Asclepius" c. 1 p. 37, 3 sqq. Thomas. Hermes Trismegistus ait: „Praeter Hammona nullum vocassis alterum, ne tantae rei religiosissimus sermo multorum interventu praesentiaque violetur. Tractatum enim tota numinis maiestate plenissimum inreligiosae mentis est multorum conscientia publicare" [3].

Placita Hermetica vocantur mysteria. I 16 p. 8, 7 sq. P.: Τοῦτό (i. e. doctrina de homine) ἐστι τὸ κεκρυμμένον μυστήριον μέχρι τῆσδε τῆς ἡμέρας. Cyrillus Alexandrinus contra Iulian. I 35 (Migne PG 76, 555 A): Λέγει δὲ καὶ Ἑρμῆς ἐν λόγῳ τρίτῳ τῶν πρὸς Ἀσκληπιόν· Οὐ γὰρ ἐφικτόν ἐστιν εἰς ἀμυήτους τοιαῦτα μυστήρια παρέχεσθαι. In fragmentis quae apud Stobaeum inscribuntur Ἑρμοῦ Τρισμεγίστου ἐκ τῆς ἱερᾶς βίβλου ⟨τῆς⟩ ἐπικαλουμένης Κόρης κόσμου, Isis Horo filio haec narrat (I 386, 22 sqq. W.): Hermes, qui vidit τὰ οὐρανοῦ μυστήρια, . . . χαράξας

---

[1] Mercurius est ὑπομνηματογράφος; cf. infra p. 97.

[2] Hunc locum commemorat Heinrici *Die Hermes-Mystik und das Neue Testament*, Arbeiten zur Religionsgesch. des Urchristent. I 1 (1918) 114.

[3] De parvo numero electorum cf. etiam Bousset *Gött. Gel. Anz.* 1914, 725—731.

ἔκρυψε[1] τὰ πλεῖστα σιγήσας ἀσφαλῶς καὶ λαλήσας, ἵνα ζητῇ ταῦτα πᾶς αἰὼν ὁ μεταγενέστερος κόσμου. P. 394, 25—395, 3 dea dicit: *Πρόσεχε, τέκνον Ὧρε, κρυπτῆς γὰρ ἐπακούεις θεωρίας, ἧς ὁ μὲν προπάτωρ Καμῆφις ἔτυχεν ἐπακούσας παρὰ Ἑρμοῦ τοῦ πάντων ἔργων ὑπομνηματογράφου, ⟨ἐγὼ δὲ⟩ παρὰ τοῦ πάντων προγενεστέρου Καμήφεως . . . νῦν δὲ αὐτὸς σὺ παρ' ἐμοῦ.* Quae Hermes litteris condidit, Osiris et Isis aliquando intellegent (p. 406, 11 sqq.): *Οὗτοι τὰ κρυπτά, φησιν Ἑρμῆς, τῶν ἐμῶν ἐπιγνώσονται γραμμάτων πάντα καὶ διακρινοῦσι καὶ τινὰ μὲν αὐτοὶ κατασχῶσιν, ἃ δὲ καὶ πρὸς εὐεργεσίας θνητῶν φθάνει, στήλαις καὶ ὀβελίσκοις χαράξουσιν.* P. 462, 8 sqq. iterum Isis loquitur: *Πρόσεχε, παῖ, ἀπορρήτων γὰρ ἐπακούεις μυστηρίων γῆς τε καὶ οὐρανοῦ.* Quorum qui particeps fit, mysta est: Ibid. p. 459, 3—5 Horus Isidi *βούλομαι*, inquit, *καὶ τῆς θεωρίας ταύτης μύστης γενόμενος εὐχαριστῆσαι σοὶ μόνῃ.* Isis ipsa est *μύστης ὥσπερ τῆς ἀθανάτου φύσεως* ibid. v. 20. In Asclepio haec Trismegisti verba leguntur (c. 19 p. 53, 15 sq. Th.): „Magna tibi pando et divina nudo mysteria, cuius rei initium facio exoptato favore caelesti". Auditoribus silentium indicitur (c. 32 p. 72, 2 sq.): „Et vos, o Tat et Asclepi et Hammon, intra secreta pectoris divina mysteria silentio tegite et taciturnitate celate". Lib. XVI 1 p. 349, 7 sqq. Reitzenstein. (in libro cui titulus est *Poimandres*) rex tacere iubetur: *Τὸν λόγον διατήρησον ἀνερμήνευτον* (i. e. non Graece versum), *ἵνα μήτε εἰς Ἕλληνας ἔλθῃ τοιαῦτα μυστήρια.*

Decreta divina etiamsi aperiuntur, obscura manent, nisi deus mentem incitaverit et adiuverit, XIII 2 p. 115, 14 sqq. P.: *Τάτ· αἴνιγμά μοι λέγεις, ὦ πάτερ, καὶ οὐχ ὡς πατὴρ υἱῷ διαλέγῃ. Ἑρμῆς· τοῦτο τὸ γένος, ὦ τέκνον, οὐ διδάσκεται, ἀλλ' ὅταν θέλῃ, ὑπὸ τοῦ θεοῦ ἀναμιμνήσκεται κτλ.*

Si decreta divina abscondita sunt, quanto magis ipse deus. Qui I 31 p. 18, 7 P. invocatur: *Ἀνεκλάλητε, ἄρρητε, σιωπῇ φωνούμενε*, et in libro qui inscribitur *Κόρη κόσμου* (Stob. I 403, 15 W.): *Κρυπτὸν ἐν θεοῖς καὶ σεβαστὸν ὄνομα.*

[1] Iambl. de myster. 8, 5: Libri Hermetici inventi sunt *ἐν ἀδύτοις* (in locis subterraneis templorum) *κατὰ Σάιν τὴν ἐν Αἰγύπτῳ* conscripti *ἐν ἱερογλυφικοῖς γράμμασι.* Similia infra afferentur; cf. p. 105 n. 2.

Cyrillus Alex. c. Iulian. I 31 (Migne PG 76, 549): Ὁ δέ γε τρισμέγιστος Ἑρμῆς οὕτω πώς φησι· Θεὸν νοῆσαι μὲν χαλεπόν, φράσαι δὲ ἀδύνατον (cf. Plat. Tim. 28 C), εἰ[1] καὶ νοῆσαι δυνατόν. Eadem fere habet Stobaeus II 9, 3 W., ubi v. 16 sq. haec adduntur: Ἐννοοῦμαι, ὦ Τάτ, ἐννοοῦμαι, ὃ ἐξειπεῖν ἀδύνατον, τοῦτό ἐστιν ὁ θεός. Ideo deo nomen non est, ut scribit Lactant. Instit. I 6, 4: „Hic (Trism.) scripsit libros . . ., in quibus maiestatem summi ac singularis dei adserit isdemque nominibus adpellat quibus nos dominum et patrem. Ac ne quis nomen eius requireret, ἀνώνυμον esse dixit, eo quod nominis proprietate non egeat, ob ipsam scilicet unitatem. Ipsius haec verba sunt: Ὁ δὲ θεὸς εἷς, ὁ δὲ εἷς ὀνόματος οὐ προσδέεται. Ἔστι γὰρ ὁ ὢν ἀνώνυμος."

Quia autem ὁ θεὸς καὶ πατὴρ καὶ τὸ ἀγαθὸν οὔτε λέγεται οὔτε ἀκούεται (X 9 p. 73, 7 sq. P.), ideo ὁ γνοὺς καὶ εὐσεβὴς καὶ ἤδη θεῖος est ὁ μὴ πολλὰ λαλῶν μηδὲ πολλὰ ἀκούων (ibid. v. 2 sqq.). Qui deum conspicere vult, taceat, X 5 p. 70, 7 sqq. P.: Τότε γὰρ αὐτὸ (i. e. numen) ὄψει, ὅταν μηδὲν περὶ αὐτοῦ ἔχῃς εἰπεῖν. Ἡ γὰρ γνῶσις αὐτοῦ καὶ θεία (leg. θέα sec. cod. Laur. LXXI 33) σιωπή ἐστι καὶ καταργία πασῶν τῶν αἰσθήσεων. Hoc silentium mentis a rebus corporis abstractae et liberatae sapientiae thesauros aperit, I 30 p. 17, 9 sqq. P.: Ἐγένετο γὰρ ὁ τοῦ σώματος ὕπνος τῆς ψυχῆς νῆψις, καὶ ἡ κάμμυσις τῶν ὀφθαλμῶν ἀληθινὴ ὅρασις, καὶ ἡ σιωπή μου ἐγκύμων τοῦ ἀγαθοῦ καὶ ἡ τοῦ λόγου ἐκφορὰ γεννήματα ἀγαθῶν[2]. Propterea Mercurius filio dicit XIII 2 p. 115, 4 P.: Ὦ τέκνον, σοφία νοερὰ ἐν σιγῇ.

Ideo etiam verus dei cultus silentio perficitur. Iamblichus hanc Trismegisti doctrinam affert (De myster. VIII 3): . . . τὸ πρῶτον νοοῦν καὶ τὸ πρῶτον νοητόν, ὃ δὴ καὶ διὰ σιγῆς μόνης θεραπεύεται[3]. Animus a sensibus corporis abstractus et rationis etiam actionem supergressus tacito ore deo sacrificium unice verum offert: λογικὴν θυσίαν,

[1] I. Kroll. l. s. c. p. 406 ᾧ coll. Ps.-Iustin. coh. ad gent. c. 38 et Lactantio Instit. epit. 4, 5 („etiam cui possibile est").

[2] Cf. Bousset *Gött. Gel. Anz.* 1914, 744.

[3] Hic locus illud Porphyrii in mentem revocat, qui Apollonium secutus dicit (De abstin. II 34): Διὰ σιγῆς καθαρᾶς θρησκεύομεν αὐτόν.

quae identidem in libris Hermeticis occurrit et illis hymnis, quae *εὐλογίαι* vel *εὐχαριστίαι* appellantur, plerumque continetur, qua de re cf. Ios. Kroll l. c. 329—338[1].

Testimonia in iudicium vocata silentium quoddam in libris Hermeticis expostulari probant. Quod silentium aut est reticentia doctrinae aut silentium mentis a corpore abstractae. Utrumque silentium ad rerum divinarum cognitionem spectat et ex earum natura recondita emanat. Deus porro ipse „ineffabilis" est. Haec cum priorum philosophorum, quos adhuc tractavimus, placitis fere consentiunt, nisi quod iam apertius et efficacius silentium, quo solo deus cognoscatur et colatur, secessu mentis a sensibus corporis constare docetur. Utique mira forma dicendi a philosophia plane aliena, qua omnes doctrinae ab ipsis dis initiato cuidam a corpore sevocato tradi dicuntur[2], theosophiam potius redolet; eam vero non plane abhorrere a philosophiae ratione inde apparet, quod vel Plutarchus oracula et mysteria deorum pro cognitionis philosophicae fontibus habet. Quod igitur plurima elementa doctrinae Hermeticae cum philosophorum eiusdem aetatis opinionibus summam prae se ferre affinitatem supra Ios. Krollio auctore docuimus, hoc locis quibus de silentio agitur comprobatur.

Caveamus igitur, ne secretum quoddam sodalicium Hermeticum fuisse pro certo statuamus[3], cuius asseclae caerimoniis arcanis initiati et nova plane et inaudita theologia imbuti sint Sed philosophorum Hermeticorum societas, si qua fuit, societas fuit libera, quae virorum de rebus divinis humanisque similia sentientium et fortasse certum vivendi modum observantium consensu nitebatur. Quod si identidem silentium inculcant, primum quidem eo mysticam doctrinae

[1] De Christianorum *λογικῇ θυσίᾳ* cf. O. Casel, Oblatio rationabilis (*Tüb. Theol. Quartalschr.* IC 1917—18, 429—439).

[2] Plerumque pater vel mater filio scientiam tradunt; cf. Ed. Norden *Agnostos Theos* 290 sq. Id quod aliquo modo cultum gentilicium Eleusinium in mentem reducit. Cf. infra p. 102, 105 et Dieterich *Mithraslit.* 52 sq.

[3] Ita Reitzenstein *Poimandres* 248 et passim, contra quem disputat Guil. Kroll apud Pauly-Wissowa *RE* VIII 1 (= XV) 820. Reitzenstein rem retractavit aliquo modo *Gött. Gel. Anz.* 1911, 559. Cf. etiam Bousset *Gött. Gel. Anz.* 1914, 737—739.

dignitatem efferunt, dein libris suis maiorem auctoritatem conciliare et lectorum curiositatem excitare cupiunt. Itaque dubium est, an vera disciplina silentii Hermetici statui possit.

Recte tamen silentium Hermeticum vocamus mysticum, hac voce sensu translato et philosophico accepta. Nam cum Mercurius se discipulum ad contemplationem rerum divinarum ducturum esse polliceatur, doctrina eius vere mystica et silentium, quod ex doctrinae natura procedit, vere mysticum est.

Cum philosophia Trismegisti a theologia, immo a placitis sacris proxime absit, silentium mysticum ex philosophico magis magisque in praeceptum cultus vertitur et quodammodo ad principium, unde prodierat, redire videtur, id quod primum apud Plutarchum observavimus. Doctrinae igitur Hermeticae professores priorum de mystico silentio opiniones excoluerunt simulque, quatenus philosophiam cum rebus sacris iunxerunt, silentium Neoplatonicorum, ut infra videbimus, praeparaverunt; quatenus vero, quod ad formam saltem attinet, disciplina eorum ad placita sacra (eaque Aegyptia) propius accedit quam ad philosophiam, non multum a Gnosticorum q. d. silentio abest.

Ideo priusquam ad Neoplatonicos transeamus, paucis ea scripta perstringimus, quae librorum Hermeticorum indoli et formae affinia vel certe similia sunt, volumina dico magica, quibus astrologica adnumeranda sunt, et gnostica. Quae quatenus ad litteras superstitiosas magis quam philosophicas pertinent, breviter tantum tangimus; cum vero elementa philosophica nonnulla in usum verterint, ea praetermittere non licet[1].

Astrologi, quos primo loco ponimus, quia Nechepsonis et Petosiridis q. d. libri ad aetatem hellenisticam redeunt, sapientiam mysticam et secretam iactant. Firmicus Maternus Math. III praef. § 4 et c. 1 § 1[2] haec exhibet: „Illi divini viri atque omni admiratione digni Petosiris et Nechepso, quorum prudentia ad ipsa secreta divinitatis accessit eqs.

---

[1] Volumina magica et gnostica hoc loco inserimus, quia magiae et gnoseos studium primo et altero p. C. n. saeculo maxime videtur exarsisse, etiamsi quae exstant scripta maximam partem posterioris aetatis sunt. — In universum cf. A. Abt *Die Apologie des Apuleius* RVV IV 1907, 65 sq. —

[2] Ernestus Riess, Nechepsonis et Petosiridis fragmenta magica, Phil. Suppl. VI (1891—93) fr. 25 p. 376 sq.

Mundi itaque genituram hanc esse voluerunt secuti Aesculapium et Hanubium, quibus potentissimum Mercurii numen istius scientiae secreta commisit“ eqs. Vettius Valens Anthol. II 41 p. 124, 2 sqq. Kroll.[1]: *Ἔδοξεν οὖν τὸν τόπον τοῦτον ἐκ πλήρους συντεταχέναι ὁ Πετόσιρις, εἰ καὶ μυστικῶς ἀποκέκρυφε λέγων κτλ.* Idem III 10 p. 145, 26 sqq.[2]: *Ἔστι δὲ καὶ ἕτερος τρόπος . . . ὃν καὶ ὁ βασιλεὺς Πετόσιρις ἐδήλωσε μυστικῶς.* Ps.-Manetho (ed. Koechly.) *E* 1 sqq.[3] significare videtur Petosiridem sapientiam suam hausisse *Ἐξ ἀδύτων* (i. e. secreti) *ἱερῶν βίβλων . . . Καὶ κρυφίμων στηλῶν, ἃς ηὕρατο πάνσοφος Ἑρμῆς κτλ.* Ipse Vettius Valens sic silentium indicit (Anthol. IV 11 p. 172, 31 sqq.): *Ὁρκίζω σε, ἀδελφέ μου τιμιώτατε, καὶ τοὺς μυσταγωγουμένους . . . ἐν ἀποκρύφοις ταῦτα συντηρῆσαι καὶ μὴ μεταδοῦναι τοῖς ἀπαιδεύτοις, εἰ μὴ τοῖς ἀξίοις καὶ δυναμένοις διαφυλάσσειν . . . καὶ ταῦτα μὲν διαφυλάσσουσιν οἱ προειρημένοι θεοὶ πάντες εὐμενεῖς ἔσοιντο καὶ βίος εὐπαθὴς καὶ καταθύμιος λογισμῶν συντέλεια, ἐπιορκοῦσι δὲ τὰ ἐναντία*[4] *κτλ.* Idem l. VII prooem. p. 263, 4 sqq.: *Χρὴ μὲν οὖν πρὸ πάντων καὶ περὶ ταύτης τῆς βίβλου ὅρκον προτάξαι τοῖς ἐντυγχάνουσιν, ὅπως πεφυλαγμένως καὶ μυστικῶς ἔχωσι τὰ λεγόμενα κτλ.* Discipulos meos *ὁρκίζω Ἡλίου μὲν ἱερὸν κύκλον καὶ Σελήνης ἀνωμάλους δρόμους τῶν τε λοιπῶν ἀστέρων δυνάμεις καὶ κύκλον δυοκαίδεκα ζῳδίων ἐν ἀποκρύφοις ταῦτα ἔχειν καὶ τοῖς ἀπαιδεύτοις ἢ ἀμυήτοις μὴ μεταδιδόναι κτλ.* Similia profert Firmicus Maternus Mathes. l. IV c. 22, 1: „Explicaturo mihi nunc doctrinae istius venerandae secreta, quae divini veteres cum maxima trepidatione dixerunt et quae involuta obscuritatis ambagibus reliquerunt ob hoc, ne publicata divina scientia ad profanorum hominum notitiam perveniret“ eqs. Ibid. § 20: „Istam rationem veteres involutam variis obscuritatibus reliquerunt, ne ad omnium notitiam verissima haec et immutabilis ratio perveniret. Sed et magnus ille Petosiris hanc partem leviter attigit, non quod eam nesciret (ad omnia enim

[1] Riess fr. 24 p. 375. [2] Ibid. fr. 18 p. 360.
[3] Ibid. test. 9 p. 331.
[4] Sunt verba iurisiurandi; cf. Polyb. III 25: *Εὐορκοῦντι μέν μοι εἴη τἀγαθά, εἰ δ' ἄλλως κτλ.*

divinitatis secreta accessit), sed cum docere nollet, ne immortalem operis sui relinqueret disciplinam". Iurisiurandi meminit l. VII prooem., ubi postquam Orpheum et Platonicos commemoravit, pergit: „Pythagoras etiam et noster Porphyrius religioso putant animum nostrum silentio consecrari. Unde et ego horum virorum legem secutus convenio te iureiurando . . . ne haec veneranda commenta profanis vel inperitis auribus intimentur." Et in fine totius operis iterum monet (VIII 33, 2—3): „Tu vero (Mavorti) praecedenti admonitione conventus et religiosa iurisiurandi auctoritate commonitus hos libros puro animo et pura mente custodi, ne inperitis auribus et sacrilegis animis scientia istius operis intimetur. Celari se et abscondi ab initio voluit . . . et plurimis se tegumentis natura divinitatis abscondit, ne esset facilis accessu, ne cunctis patefacta maiestatis suae origine panderetur. Hoc et nos in istis libris facere conveniet, ut lectio eorum religiosis pateat, profanis semper ac sacrilegis denegetur, ne veterum veneranda commenta sacrilegis quodammodo editionibus polluamus. Quopropter filiis tuis trade, quia illos a prima aetate ad omne officium virtutis instruxisti, et tuis trade amicis, sed quos tibi fida amoris necessitudo coniungit, quos scis exempla tuae virtutis imitari" eqs.[1].

Si testimonia silentii mystici, quale alchymiae q. d. professores a discipulis exigebant, perlustramus[2], haec quoque nihil fere novi ad illustrandam silentii naturam afferre videmus, nisi quod silentium iam ad alchymiae artem accommodatur. Sed alchymia non est ars vel scientia naturalis, sed disciplina magica, quapropter silendi lex est sacra vel superstitiosa. Cum hac indole tum forma qua indicitur simillima est silentii Hermetici. Velut apud Berthelot-Ruelle p. 28 sqq. in libro qui inscribitur *Ἶσις προφῆτις τῷ υἱῷ αὐτῆς* dea, quae filium instruit, sicut Mercurius Tat filium erudit, se ab angelis „mysterium" auri et argenti conficiendi accepisse refert. § 6:

---

[1] Cf. Fr. Boll *Sphaera* 1903, 396 et n. 1. Inspiciantur etiam catologi codicum astrologicorum, quos confecerunt Boll, Cumont, Kroll, Olivieri.

[2] Berthelot-Ruelle *Collections des anciens alchimistes grecs* 1888.

*Τούτοις με ἐφορκίσας παρήγγειλεν* (angelus) *μηδενὶ μεταδιδόναι εἰ μὴ μόνον τέκνῳ καὶ φίλῳ γνησίῳ.* P. 113 sqq. haec leguntur: *Ζώσιμος περὶ τῆς ἀσβέστου. . . ἔχε τὸ μυστήριον ἀμετάδοτον, ὃ οὐδεὶς τῶν προφητῶν ἐτόλμησεν μυσταγωγεῖν τῷ λόγῳ, ἀλλὰ μόνον τοῖς νοήμοσιν αὐτῶν ἐμυσταγώγουν. Τοῦτο γὰρ τὸ κεφάλαιον ἐκάλεσαν ἐν ταῖς λοξαῖς γραφαῖς κτλ.* (quid sint *λοξαὶ γραφαί*, mox apparebit). P. 58 § 3 (ex libro qui inscribitur *Συνεσίου φιλοσόφου πρὸς Διόσκορον εἰς τὴν βίβλον Δημοκρίτου, ὡς ἐν σχολίοις . . .*) iterum iurisiurandi mentio fit: *Διόσκορος λέγει· καὶ πῶς εἶπεν ὅτι ὅρκια ἡμῖν ἔθετο μηδενὶ σαφῶς ἐκδοῦναι; — καλῶς εἶπε „μηδενί", οὐ κατὰ παντὸς κατηγορεῖται· αὐτὸς γὰρ περὶ τῶν μεμυημένων καὶ γεγυμνασμένων* (lege *γεγυμνασμένον*) *τὸν νοῦν ἐχόντων εἶπε.* Ex libro *Κομαρίου φιλοσόφου ἀρχιερέως διδάσκοντος τὴν Κλεοπάτραν τὴν θείαν καὶ ἱερὰν τέχνην τοῦ λίθου τῆς φιλοσοφίας* (p. 289 sqq.) haec exscribo (§ 13 p. 295): *Ἰδοὺ τὸ παράδοξον μυστήριον, ἀδελφοί, τὸ ἄγνωστον ὅλως, ἰδοὺ ἡ ἀλήθεια ὑμῖν πεφανέρωται.* (§ 14 p. 296): *Ἰδοὺ τὸ μυστήριον τῶν φιλοσόφων, καὶ περὶ αὐτοῦ ἐξώρκισαν ὑμῖν οἱ πατέρες ὑμῶν τοῦ μὴ ἀποκαλύψαι αὐτὸ καὶ δημοσιεῦσαι.*

Illae *λοξαὶ γραφαί* quid sibi velint, ex his verbis efficitur p. 53: *Δημοκρίτου βίβλος ἡ προσφωνηθεῖσα Λευκίππῳ . . . ἡ δὲ βίβλος οὐκ ἔστι κοινή· αἰνίγματα γὰρ ἔχει μυστικά κτλ.* Cur sermo aenigmaticus usu veniat, philosophiae rationibus in libri *Ὀλυμπιοδώρου φιλοσόφου Ἀλεξανδρέως εἰς τὸ „Κατ' ἐνέργειαν" Ζωσίμου καὶ ὅσα ἀπὸ Ἑρμοῦ καὶ τῶν φιλοσόφων ἦσαν εἰρημένα* § 1 (p. 70) explanatur: *Ἔθος γὰρ τοῖς ἀρχαίοις συγκαλύπτειν τὴν ἀλήθειαν καὶ τὰ πάντῃ τοῖς ἀνθρώποις εὔδηλα δι' ἀλληγοριῶν τινων καὶ τέχνης ἐμφιλοσόφου ἀποκρύπτειν, οὐ μόνον δὲ ὅτι τὰς τιμίας ταύτας τέχνας τῇ ἀφεγγεῖ αὐτῶν καὶ σκοτεινοτάτῃ ἐκδόσει συνεσκίασαν, ἀλλὰ καὶ αὐτὰ τὰ κοινὰ ῥήματα δι' ἄλλων τινῶν ῥημάτων μετέφρασαν· . . . οὕτω καὶ ἐπὶ τῆς τιμίας ταύτης τέχνης πᾶσα σπουδὴ γέγονεν τοῖς ἀρχαίοις, ἑνὸς ὄντος τοῦ πράγματος καὶ μιᾶς τέχνης, διά τινων θεωριῶν καὶ αἰνιγμάτων ἐκθέσθαι, ἵνα ἐκ τῶν φυσικῶν πραγμάτων ἀκοντίσαντες* (tollentes) *τοὺς ζητητὰς εἰς τὰ οὐ φυσικὰ πράγματα μεθοδεύωσιν, ὃ δὴ καὶ γέγονεν.* Allegoria igitur duce mens humana a rebus corporalibus ad res

intellectuales et divinas surgit. Sed non solum duplex loquendi modus, sed etiam lingua duplex ab alchemistis distinguitur; quarum altera est corporalis altera caelestis et secreta: p. 228 *Ζωσίμου περὶ ὀργάνων καὶ καμίνων γνήσια ὑπομνήματα. Περὶ τοῦ Ω στοιχείου.* § 1 *Τὸ Ω στοιχεῖον στρογγύλον τὸ διμερές, τὸ ἀνῆκον τῇ ἑβδόμῃ Κρόνου ζώνῃ, κατὰ τὴν ἔνσωμον φράσιν· κατὰ γὰρ τὴν ἀσώματον ἄλλο τί ἐστιν ἀνερμήνευτον. Ὁ* (lege *ἀνερμήνευτον, ὃ*) *μόνος Νικόθεος*[1] *κεκρυμμένος* (lege *κεκρυμμένως*) *οἶδεν.* Similiter Iamblichus De myster. 7, 4 voces esse docet, quae a solis dis *νοερῶς* intellegantur, quarum significatio hominibus occulta sit, nisi di eam aperuerint[2].

Aliis locis daemonum invidia reticentiae causa esse perhibetur: p. 315 sqq. *Περὶ τῆς θείας καὶ ἱερᾶς τέχνης τῶν φιλοσόφων.* § 1: *Ἡμεῖς μὲν ἐν αἰνίγμασιν γράψαντες ἐῶμεν ὑμῖν τοῖς ἐντυγχάνουσιν τῷ παρόντι βιβλίῳ ἐπιμόνως σχολάσαι καὶ ἀνερευνῆσαι τοῦ μυστηρίου τὴν ὑπόθεσιν· φησὶν γὰρ ὁ φιλόσοφος, ὅτι ἄνθρωποι γεγράφασιν, δαίμονες δὲ φθονοῦσιν.* Cf. Olympiodorus (p. 85 sq.): ... *εὔξασθε παρὰ θεοῦ μαθεῖν, φησὶν ὁ Ζώσιμος· οἱ ἄνθρωποι γὰρ οὐ παραδιδόασι, καὶ οἱ δαίμονες φθονοῦσι.* Haec si recte intellegimus, mysteria ideo caute tractanda sunt, quia daemones eorum cognitionem hominibus invident[3].

Papyrus Graeca Holmiensis quam Otto Lagercrantz edidit 1913 uno tantum loco silentium exigit: *ιζ* 28 sq. *τήρι ἀπόκρυφον πρᾶγμα,* nulla causa mystica indicata; cf. Lagercrantzii comment. p. 143[4].

---

[1] De hoc Nicotheo Gnosticorum propheta cf. C. Schmidt *Gnost. Schriften in kopt. Sprache* = T. u. U. hg. von Gebhardt u. Harnack VIII (1892) 1/2, 602 sqq.; R. Liechtenhan *Offenbarung im Gnosticismus* 1901, 29 sqq.

[2] Cf. Philo De vita contempl. 78 (supra p. 81).

[3] De daemonibus arcanorum custodibus Iamblichus, De myster. VI 6 sq. disserit, ut explicet, quomodo theurgi in deos minas iacere possint (verba vide infra p. 126 sq.). Qui minatur se arcan ailla divulgaturum, potestatem aliquam in daemones habet. Hac de re nescio an alchymiae professores cogitaverint, ubi de daemonum invidia verba faciunt. Cf. etiam infra p. 121.

[4] De usu vocum mysticarum alchymistico cf. etiam Reitzenstein *Hellenist. Mysterienrel.* 141 sqq.

Libri quoque quibus de magia quae fit ope lapidum vel plantarum agitur silentium praedicant. Ad *τὰ Λιθικά* libri pertinent, quibus titulus est *Κυρανίδες* vel *Κοιρανίδες*, quos F. de Mély et Ch.-Em. Ruelle ediderunt [1]. Prologus (p. 3) haec exhibet: *Θεοῦ δῶρον μέγιστον ἀγγέλων λαβὼν Ἑρμῆς ὁ τρισμέγιστος θεὸς ὃ ἀνθρώποις πᾶσιν μετέδωκεν νοητικοῖς. Μὴ οὖν μετάδος ἀνδράσιν ἀγνώμοσιν, ἀλλ' ἔχε ἐν ἑαυτῷ ὡς κτῆμα μέγα· μόνον δὲ τέκνοις σου, εἰ δυνηθείης, μετάδος σὺ πατὴρ ἀντὶ χρυσίου πολυτίμου κτῆμα μέγα πρὸς ἐνέργειαν· καὶ ὅρκον αὐτοῖς δοὺς μόνον ἀσφαλῶς ἔχειν, τέκνον ἱερόν.* In libro I sub littera *K* 29 de „cingulo Veneris" legitur p. 27: *Γίνωσκε δὲ τοῦτο ὅ τι οὐδεὶς ἕτερος ἔχει· διὸ μηδενὶ μετάδος τοῦτο τὸ ἔνθεον*, et sub littera *Φ* 28: *Ὁ δὲ Ἁρποκρατίων καὶ ταῦτα· ἐξορκίζω σε, τέκνον, οὐρανόν, ἀέρα, γῆν, βυθόν, πηγάς τε καὶ ποταμούς, καὶ τὸν εἰσπνέοντα εἰς σὲ θεόν, μηδενὶ μεταδοῦναι τὸ μυστήριον τοῦτο, μηδὲ ἰδίῳ τέκνῳ, εἰ μὴ ἄξιος εἴη εἰδέναι τὴν φύσιν ταύτην. Θεοὶ δὲ πάντες οὓς προσκυνοῦμεν ταύτην ἔχουσιν τὴν δύναμιν, ἀλλὰ μηδενὶ φράσῃς, ἀλλ' ὡς σοφῇ ψυχῇ χρῷ (σοφὴ ψυχὴ χρῶ?) πλὴν τινος ἑτέρου* [2].

In papyris quoque magicis silentii praeceptum saepius occurrit. Pauca affero testimonia. Is quocum scientia magica communicatur, silere iubetur in charta Leidensi V, quam Leemans [3]

---

[1] *Les Lapidaires de l'antiquité et du moyen-âge.* ed. F. de Mély. Tome II *Les Lapidaires grecs.* Texte avec la collaboration de Ch.-Em. Ruelle. 1898. Tome III *Les lap. grecs.* Traduction. 1902. De libri historia cf. praefatio tomi III.

[2] Eiusdem farinae, etsi posterioris aetatis est „Tractatus de septem herbis septem planetis attributis", quem e codice S. Marci edidit C. N. Sathas in Monumentis Graecis Historicis (*Μνημεῖα Ἑλληνικῆς ἱστορίας. Documents inédits relatifs à l'histoire de la Grèce au moyen-âge.* Tom. VII (1888) p. LXIII—LXVII), qui in initio ita mentitur (p. LXIII): „Post antiquorum Kiranidarum volumina tibi nota et a Patricio consodali tuo relacionem, inveni in civitate Troiana in monumento reclusum (cf. supra p. 97 n. 1) praesentem libellum" et post varia medicinae praecepta magica sic finem facit (p. LXVII): „Serves hoc secretum preciosum et nemini pandas". De medicinae cum magia coniunctione cf. etiam epistula Harpocrationis, quam ed. Ch. Graux *Oeuvres* II 1886, 99—114; vide imprimis notam 29 p. 107.

[3] Papyri graeci musei antiquarii publici Lugduni Batavi. II 1885. Papyrus V „continet formulas actionum magicarum et compositionum chemi-

edidit (p. 15, 19 sqq.): *Ἐγώ εἰμι ᾧ συνήντησας*[1] *ὑπὸ τὸ ἱερὸν ὄρος καὶ ἐδωρήσω τὴν τοῦ μεγίστου ὀνόματός σου*[2] *γνῶσιν, ἣν καὶ τηρήσω ἁγνῶς, μηδενὶ μεταδιδοὺς εἰ μὴ τοῖς σοῖς συμμύσταις εἰς τὰς σὰς ἱερὰς τελετάς.* Alia testimonia collegit Albr. Dieterich *Abraxas* (1891) p. 162 sq.; cf. etiam Ed. Norden *Agnostos Theos* p. 290 sq. et papyrus Parisina 574, quam edidit A. Dieterich *Eine Mithrasliturgie*, praecipue p. 2, 2 sqq. et 6, 21 sq. Huc pertinent etiam papyri, in quibus nomina divina arcana et incognita esse dicuntur. Papyr. Leidensis W (Leemans l. s. c. 141, 14 sqq.; Dieterich *Abraxas* 195, 4 sqq.; Reitzenstein *Poimandres* p. 15, quem sequor): *Δεῦρό μοι . . . οὗ ἐστιν τὸ κρυπτὸν ὄνομα καὶ ἄρρητον ἐν ἀνθρώποις*[3], *ὃ μάντει λαληθῆναι οὐ δύναται, οὗ καὶ οἱ δαίμονες ἀκούοντες τὸ ὄνομα πτοῶνται κτλ.* Idem exhibet alia papyrus magica, quam ed. A. Dieterich *Jahrb. f. Phil. Suppl.* XVI 1888, 808: *Ἐπάκουσόν μου κύριε, οὗ ἐστιν τὸ κρυπτὸν ὄνομα ἄρρητον, ὃ οἱ δαίμονες ἀκούσαντες πτοοῦνται κτλ.* Magis etiam theologiam sapit chartae Leidensis W precatio (p. 87 Leemans.): *Ἐπικαλοῦμαί σε, τῶν* (leg. *τὸν*) *πάντων μείζονα . . . τὸν πάντα ὁρῶντα καὶ μὴ ὁρώμενον . . . οὗ οὐδεὶς θεῶν δύναται ἰδεῖν τὴν ἀληθινὴν μορφὴν . . . ἀόρατος κτλ.*[4].

---

carum" p. 5. Cf. Berthelot-Ruelle *Collections des anciens alchimistes grecs.* Introduction 1888, p. 1—73. P. 6: Papyri V et W „sont surtout magiques et gnostiques".

[1] Ita scripsi: pap. *ὁ συνήντησας*, Leemans *ὁ συναντήσας.*

[2] Ita Norden *Agnostos Theos* 290: pap. et Leemans: *ὄνσου.* Cf. pap. Berol. II 128 (apud Dieterich *Abraxas* 148): *Δῶρόν μοι ἐδωρήσω τὴν τοῦ μεγίστου σου ὀνόματος γνῶσιν.*

[3] Cf. supra p. 97 locus Stob. I 403, 15 W.

[4] A praeceptorum magicorum reticentia distinguendum omnino est silentium magicum, quod ita servabant magi, ut in ipsis artibus magicis vel omnino tacerent vel preces et incantationes submissa voce murmurarent. Testimonia huius moris quam plurima collegerunt S. Sudhaus *Lautes und leises Beten* (Archiv f. Religionswiss. IX 1906, 185—200) eumque secutus H. Schmidt, Veteres philosophi quid iudicaverint de precibus, RVV IV 61—65, qui, si recte p. 64 locum pap. Paris. 574 (Dieterich *Mithrasliturgie* 6, 22) huc traxit, silentium magicum in sequentibus perperam confudit cum *Σιωπῇ* Empedoclea et *Σιγῇ* Gnostica, quam infra commemorabimus. Similiter Dieterich *Mithraslit.* 42 sq. silentium magicum, reticentiam mysticam, silentium philosophorum mysticum miscuit.

Haec testimonia satis habeo attulisse, ut demonstrem scriptores magicos, ubi non solam speciem hierophantae res arcanas et inauditas aperientis, ut stultorum curiositatem excitent eorumque animos horrore repleant, induunt, argumentis uti vel ex superstitione populari vel ex philosophia petitis. Ubique vero indoles praeceptorum magicorum mystica sive simulata sive vera causa est, qua silentium postulatur, id quod iam non est cur pluribus exsequar[1].

Philosophiae Graecae conubium cum gentium orientalium placitis sacris initum cum alia multa tum prolem illam genuit miram variamque, quae Gnosis appellari solet. Quam quatenus religione magis quam philosophia constat, non curamus. Elementa quoque orientalia, quae hodie magis magisque dinoscuntur et agnoscuntur[2], et Christiana praetermittenda nobis sunt. Iam vero cum Graecorum philosophia non nihil ad doctrinae Gnosticae aedificium exstruendum et locupletandum contulerit, paucis et per summa capita perstringimus, quid de silentio mystico libri Gnostici tradant, ut si fieri possit quid fontibus Graecis debeant discernatur.

Gnosticis omnia scatent „mysteriis"; tota enim Gnosis est absconditum mysterium: *Τὰ κεκρυμμένα τῆς ἁγίας ὁδοῦ, γνῶσιν καλέσας, παραδώσω*[3]. Quae secreta omnibus promiscue

[1] Artium quoque professores exeunte antiquitate silentium quoddam mysticum iactabant. De rei musicae studiosis haec contendit Aristides Quintilianus Neoplatonicus De musica II 7 p. 47, 6 sqq. Iahn.: *Λέξω δὴ τὰ μὲν παλαιοῖς τισιν εἰρημένα, τὰ δὲ εἰσέτι νῦν σιωπηθέντα οὔτ' ἀγνωσίᾳ τῶν συγγραφέων οὔτε βασκανίᾳ· . . . ἀλλὰ γὰρ τὰ μὲν αὐτοῖς ἐν συγγράμμασι κατετάττετο, τὰ δ' ἀπορρητότερα ταῖς πρὸς ἀλλήλους ὁμιλίαις διεσῴζετο κτλ.* Apparet hic eum Neopythagoreorum, quos etiam aliis locis se novisse testatur, sententias imitari. Quasi risum movet, quod scribit Simplicius in Categ. Δ 4a Comm. in Aristot. gr. VIII 7, 2 sqq. Kalbfleisch.: *Τῶν παλαιοτέρων νομιζόντων μὴ δεῖν καὶ τοῖς σκυτοτόμοις τὴν ἑαυτῶν σοφίαν προτιθέναι . . . . οἱ μὲν μύθοις, οἱ δὲ συμβόλοις αὐτὴν ἐπέκρυψαν, ὡς τοῖς παραπετάσμασι τὰ ἀπορρητότερα τῶν ἱερῶν.*

[2] Cf. Guil. Bousset *Hauptprobleme der Gnosis* = Forschungen zur Rel. u. Lit. des A. u. N. T. hg. von Bousset und Gunkel X 1907; idem apud Pauly-Wissowa *RE* „Gnosis" 1521 sq.; P. Wendland *Hellenist.-röm. Kultur*[2] 165; Ios. Kroll *Lehren des Hermes Trismeg.* 350 sq.

[3] Hippolyt. Refutat. V 10, 2 p. 104, 2 sq. Wendl.; cf. Liechtenhan

aperire fas non est, sed illis solis, qui sunt *τέλειοι* et *πνευματικοί*[1], qui vel bonae indolis sunt vel vita et moribus dignos se effecere, qui initiarentur[2]. Sacramento, qui initiati sunt, in silentium se obstringunt[3]. Profani, quippe cognitionis et salutis expertes, contemnendi sunt neque cum initiatorum parvo[4] grege comparandi[5]. Soli Gnostici libros possident veram continentes doctrinam, qui libri interdum litteris secretis conscripti sunt[6]. Distinguuntur etiam placita exoterica et esoterica, quorum illa, cum ea contineant, quae vulgo dicta sint, plerumque „parabolis" veritatem tegunt, haec doctrinam coram solis discipulis prolatam disertis verbis tradunt[7]. Scripta illa aenigmatica interpretatione indigent, quae allegoriae ope fit[8].

Libros sacros non humana ratio excogitavit, sed prophetae numine afflati olim conscripserunt[9]. Veritatem enim divinam homo non rationis laboriosa indagatione, sed favore divino seipsum manifestante adipiscitur. Praecipue primus et summus

---

*Die Offenbarung im Gnosticismus* 1901, 125 et Anrich *Das antike Mysterienwesen* 82.

[1] Cf. C. Schmidt *Gnost. Schriften in kopt. Sprache* = T. u. U. hg. von Gebhardt u. Harnack VIII 1/2 (1892) 519 sq., qui testimonia affert; eiusdem *Koptisch-gnostische Schriften* (1905) index s. v. „Schweigen", Ios. Kroll 367, al.

[2] C. Schmidt *Gnost. Schr.* 521 sqq.; Liechtenhan 86 sq.

[3] Hippol. V 27, 2 p. 133, 1 sqq. Wendl.: *Ὀμνύω τὸν ἐπάνω πάντων, τὸν ἀγαθόν, τηρῆσαι τὰ μυστήρια ταῦτα καὶ ἐξειπεῖν μηδενί*; cf. Wobbermin *Religionsgesch. Studien* p. 149 n. 1; Anrich l. c. p. 79 n. 4.

[4] „Paucos ex discipulis suis, quos sciebat capaces tantorum mysteriorum, docuit haec", Irenaeus Adv. haer. I 30, 14; Liechtenhan 89 n. 5.

[5] Ios. Kroll 383—385; Plotinus Enn. II 9, 9 Gnosticos inducit talia promittentes: *Σὺ ἔσῃ βελτίων ἁπάντων οὐ μόνον ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ θεῶν . . . σὺ εἶ θεοῦ παῖς, οἱ δ' ἄλλοι κτλ.*

[6] Tales erant libri Marcionitarum, Liechtenhan 38.

[7] Liechtenhan 45 sqq., 69 sqq.; Clementis Al. Excerpta ex Theod. 66: *Ὁ σωτὴρ τοὺς ἀποστόλους ἐδίδασκε τὰ μὲν πρῶτα τυπικῶς καὶ μυστικῶς, τὰ δὲ ὕστερα παραβολικῶς καὶ ᾐνιγμένως, τὰ δὲ τρίτα σαφῶς καὶ γυμνῶς κατὰ μόνας.* De duplici psalmorum forma, obscura et clara (obscura vocatur „solutio"), cf. Liechtenhan 62 sq.; Ad. Harnack *Über das griech. Buch Pistis-Sophia* = T. u. U. VII 2 (1891) 49—54.

[8] Liechtenhan 71—77, 59; Harnack 54—58.

[9] De prophetia Gnostica cf. Liechtenhan passim. De prisca prophetarum aetate ibid. 21, 29 sqq., 44; libri ab angelis accepti, e caelo delapsi: ibid. 16 n. 3 et 4.

deus tantopere a mundo et ab humano intellectu remotus est, ut in summa quiete et solitudine resideat[1]; quin etiam ipse vocatur *σιγή*, et apud nonnullos Gnosticos *Σιγή* pro hypostasi ut ita dicam divina colitur[2]. Ideo homo nullus summum deum, qui est *ἄγνωστος*[3], cognoscere et conspicere potest, nisi silet i. e. nisi mens a corpore abstrahitur et sensus quiete et silentio compositi sunt; ut uno verbo dicam, e c s t a s i s unica ad cognoscendum deum via est. Quae cognitio dei, cum mente sola utatur neque corpore indigeat, simul unica est precatio deo accepta non verbis, sed „tacita spiritus voce“ prolata[4].

Non est cur singula silentii Gnostici praecepta cum doctrinis quas adhuc tractavimus conferamus, cum nemo non videat multa, immo plurima silentii Gnostici elementa cum philosophiae eiusdem aetatis de silentio mystico opinionibus quam maxime concinere. Neque quod Gnostici disciplina silentii externa, „clandestinis conventibus“[5], ritibus sacris, quae „mysteria“ vocantur, utuntur[6], a philosophorum Graecorum more omnino alienum est; hac tamen re ad religiones orientales[7] et ad mysteria Graeca[8] propius accedunt. Gnosis

---

[1] Ios. Kroll 8 testimonia affert. Ibid. 62: Valentinianorum *Βυθός* est silentium aeternum.

[2] Kroll ibid.; Liechtenhan 158 (ex actis Thomae): Clem. Al. Excerpta ex Theod. 29: *Ἡ Σιγή, φασί, μήτηρ οὖσα πάντων τῶν προβληθέντων ὑπὸ τοῦ Βάθους κτλ.*

[3] Cf. E. Norden *Agnostos Theos* 65—73: Bousset apud Pauly-Wiss. *RE* i. v. Gnosis 1512 sq.: idem *Hauptprobl.* 83—91; Liechtenhan 101 et n. 3.

[4] Cf. Petri preces in Martyrio Petri 10 allatae.

[5] Ephraemi Syri opp. II 558 A apud Liechtenhan 33 n. 4.

[6] Liechtenhan 152 sqq. [7] Cf. Bousset *Hauptprobl.* 276—319.

[8] De Gnoseos cum mysteriis affinitate cf. Liechtenhan 3; Wobbermin *Religionsgesch. Studien* 70—96. Tertull. Adv. Valentinianos 1 Gnosticos cum mystis Eleusiniis confert. Naasseni ad sacra Eleusinia et Samothracia provocant, cf. Hippol. Refut. haer. V 8, 9 p. 90, 23 sq. Wendl.: *Τοῦτ' ἔστι, φησί, τὸ μέγα καὶ ἄρρητον Σαμοθράκων μυστήριον, ὃ μόνοις ἔξεστιν εἰδέναι τοῖς τελείοις*; ibid. V 8, 39 p. 96, 10 sqq. Wendl.: *Ἀθηναῖοι μυοῦντες Ἐλευσίνια καὶ ἐπιδεικνύντες τοῖς ἐποπτεύουσι τὸ μέγα καὶ θαυμαστὸν καὶ τελειότατον ἐποπτικὸν ἐκεῖ μυστήριον ἐν σιωπῇ, τεθερισμένον στάχυν.* Ideo Hippolytus excerptis suis praemittit Naassenos o m n i a m y s t e r i a s p o l i a s s e (V 7, 1 p. 79, 4 sq. Wendl.): *Τὰ κρυπτὰ καὶ ἀπόρρητα πάντων ὁμοῦ συνάγοντες οὗτοι μυστήρια τῶν ἐθνῶν*; cf. Reitzenstein *Poimandres* 82 sqq. — „Arcana sacramenta“, quae Gnostici pronuntiare debent, ut eis liberum ad

igitur speciem praecellentem, immo fastigium „syncretismi“ illis temporibus grassantis constituit.

Monumentum syncretismi ipsa quoque sunt et ad Gnosin proxime accedunt oracula Chaldaica circa a. p. C. n. 200 scripta, id quod locorum ad silentium spectantium cum scriptis antea a nobis tractatis similitudine confirmatur. Illos qui supersunt collegit Guil. Kroll[1]. Saepius oracula commemorant summi dei silentium, cum loquuntur de *πατρικῇ σιγῇ* (Proclus in Cratyl. 59, 6 sq. Pasquali. in Parmenid. 1171, 4) vel de *θεοθρέμμονι σιγῇ τῶν πατέρων* (Procl. in Cratyl. 63, 25 sq. Pasqu.).

caelum iter permittatur (Liechtenhan 137), symbola Eleusinia in mentem revocant.

[1] De oraculis Chaldaicis, *Bresl. philolog. Abhandlungen* VII 1 (1894) 16; cf. 59 n. 2; idem Mus. Rhen. L (1895) 637 n. 1. De temporibus et indole oraculorum cf. *Bresl. Abh.* l. c. 66—72; Wendland *Hell.-röm. K.*[2] 162.

## IV

## De Neoplatonicorum silentio mystico

Ex syncretismi tenebris quasi in plenam lucem nobis emergere videmur, quando ad philosophos regredimur. Medium locum inter philosophos, quos adhuc tractavimus, et Neoplatonicos Numenius Apameus obtinet non aetate solum, sed etiam quod doctorum qui praecesserunt, imprimis Neopythagoreorum, placita sequitur simulque doctrinam Neoplatonicorum in nonnullis quasi praecipit.

Fr. 27[1] (Euseb. pr. ev. XI 18 p. 537 C) ex V libro de bono excerptum haec docet: *Εἰ δὲ περὶ τοῦ δημιουργοῦ μή ἐστιν ὁ λόγος, ζητοῦμεν δὲ περὶ τοῦ πρώτου*[2]*, ἀφοσιοῦμαί τε τὰ λεχθέντα, καὶ ἔστω μὲν ἐκεῖνα ἄρρητα*[3] *κτλ.* Eodem loco primus deus *ἀργὸς ἔργων συμπάντων* esse dicitur, id quod naturam divinam summa quiete et alto silentio frui significat. Huc spectat, quod idem primus deus fr. 30 (Euseb. ibid. p. 539 A) appellatur *ἑστώς*. Idem ab omnibus ignoratur: Fr. 31 ex VI l. de bono (ibid. p. 539 BC) *ᾔδει ὁ Πλάτων παρὰ τοῖς ἀνθρώποις τὸν μὲν δημιουργὸν γιγνωσκόμενον μόνον, τὸν μέντοι πρῶτον νοῦν, ὅστις καλεῖται αὐτὸ ὄν, παντάπασιν ἀγνοούμενον παρ᾿ αὐτοῖς κτλ.* Homo, qui deum contemplari voluerit, illam quietem silentii plenam imitatus et ipse in summam

[1] Fragmenta collegit Fr. Thedinga diss. Bonn. 1875.

[2] Numenius cum primum deum et demiurgum distinguat, ab Eduardo Norden (*Agnostos Theos* 72 sq.) ad Gnosticos accedere dicitur. Eum potius cum Mercurio Termaximo concordare contendit Guil. Bousset *Gött. Gel. Anz.* 1914, 714—716.

[3] Cf. etiam Lysis Pythagoreus apud Athenagoram Legat. pro Christ. 6: *Λῦσις δὲ . . . ἀριθμὸν ἄρρητον ὁρίζεται τὸν θεόν* i. e. numerum, qui accurate definiri nequit; cf. Zeller *Ph. d. Gr.* I[4] 334 n. 1.

quietem se recipiat oportet. Fr. 10 (Euseb. pr. ev. XI 21 extr. p. 543 B) ex I l. de bono: *Δεήσει . . . ἀπελθόντα πόρρω ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ὁμιλῆσαι τῷ ἀγαθῷ μόνῳ μόνον, ἔνθα μήτε τις ἄνθρωπος μήτε τι ζῷον ἕτερον, μηδὲ σῶμα μέγα μηδὲ σμικρόν, ἀλλά τις ἄφατος καὶ ἀδιήγητος ἀτεχνῶς ἐρημία θεσπέσιος· ἔνθα τοῦ ἀγαθοῦ ἤθη διατριβαί τε καὶ ἀγλαΐαι, αὐτὸ δὲ ἐν εἰρήνῃ*[1], *ἐν εὐμενείᾳ τὸ ἤρεμον.* Quia primus deus multis prorsus incognitus est (cf. supra fr. 31), Socrates et maxime Plato tectis verbis et ambiguis de eo disputabant: Fr. 1 § 6. 7. 9 (Euseb. pr. ev. XIV 4 p. 728 C—729 B) *αἴτιον δὲ* (sectarum dissentientium), *ὅτι τρεῖς θεοὺς τιθεμένου Σωκράτους καὶ φιλοσοφοῦντος αὐτοῖς ἐν τοῖς προσήκουσιν ἑκάστῳ ῥυθμοῖς, οἱ διακούοντες τοῦτο μὲν ἠγνόουν, ᾤοντο δὲ λέγειν πάντα αὐτὸν εἰκῇ καὶ ἀπὸ τῆς νικώσης ἀεὶ προστυχῶς ἄλλοτε ἄλλης τύχης, ὅπως πνέοι* (ergo Socrates, ut auditoribus se adaptaret, vario modo de deo docebat, qua re errores et dubitationes ortae sunt). *Ὁ δὲ Πλάτων πυθαγορίσας (ᾔδει δὲ τὸν Σωκράτην μηδαμόθεν ἢ ἐκεῖθεν [διὰ] τὰ αὐτὰ ταῦτα εἰπεῖν τε καὶ γνόντα εἰρηκέναι) ὧδε οὖν καὶ αὐτὸς συνεδήσατο τὰ πράγματα, οὔτε εἰωθότως οὔτε δὲ εἰς τὸ φανερόν· διαγαγὼν δὲ ἕκαστα ὅπῃ ἐνόμιζεν, ἐπικρυψάμενος ἐν μέσῳ τοῦ δῆλα εἶναι καὶ μὴ δῆλα, ἀσφαλῶς μὲν ἐγράψατο, αὐτὸς δὲ αἰτίαν παρέσχε τῆς μετ᾽ αὐτὸν στάσεώς τε ἅμα καὶ διολκῆς τῶν δογμάτων . . . Ὅπως* (ὡς Gaisf.) *οὖν ἀνὴρ μεσεύων Πυθαγόρου καὶ Σωκράτους, τοῦ μὲν τὸ σεμνὸν ὑπαγαγὼν μέχρι τοῦ φιλανθρώπου, τοῦ δὲ τὸ κομψὸν τοῦτο καὶ παιγνιῆμον ἀναγαγὼν ἀπὸ τῆς εἰρωνείας εἰς ἀξίωμα καὶ ὄγκον, καὶ αὐτὸ τοῦτο κεράσας Σωκράτει Πυθαγόραν, τοῦ μὲν δημοτικώτερος, τοῦ δὲ σεμνότερος ὤφθη*[2].

Rationem minus subtilem occultationis Platonicae Numenius fr. 41 (quod ex libro *Περὶ τῶν παρὰ Πλάτωνι ἀπορρήτων* excerpsit Euseb. pr. ev. XIII 4 p. 650 D) indicat: Si Plato libere Graecorum theologiam impugnasset, *παρασχεῖν ἂν δοκεῖ μοι τοῖς*

[1] Cf. Philo De somn. II 253 (supra p. 77): Deus est *εἰρήνη*.

[2] Etiam clarius haec dixit Proclus in Tim. p. 3 BC (qui eodem quo Numenius fonte utitur i. e. Dicaearcho allato apud Plut. Quaest. conviv. VIII 2, 2 p. 719 B, cf. Thedinga p. 2): Plato Pythagorae Socratem miscuit, *ἔστι γὰρ ἐν αὐτῷ παρὰ μὲν τῆς Πυθαγορικῆς συνηθείας τὸ ὑψηλόνουν . . . τὸ μυστικῶς τὰ πράγματα καὶ συμβολικῶς ἐνδεικνύμενον κτλ.*

Ἀθηναίοις αἰτίαν πάλιν κακοῖς γενέσθαι ἀποκτεῖναι καὶ αὐτὸν ὥσπερ τὸν Σωκράτην (cf. supra ἀσφαλῶς ἐγράψατο).

Alii quoque philosophi, si Numenio fidem habemus, partem placitorum suorum celabant[1]. Fr. 5 § 12 (Euseb. pr. ev. XIV 8 p. 738 D) de Carneade haec tradit: Ὅμως δέ, καίτοι καὐτὸς ὑπὸ τῆς Στωικῆς φιλονεικίας εἰς τὸ φανερὸν κυκῶν, πρός γε τοὺς ἑαυτοῦ ἑταίρους δι' ἀπορρήτων ὡμολόγει τε καὶ ἠλήθευεν κτλ. De eodem agit fr. 7 (Euseb. pr. ev. XIV 8 p. 739 A): Ὁ δὲ Καρνεάδης οἷον ἀντεστραμμένα φιλοσοφῶν τοῖς ψεύσμασιν ἐκαλλωπίζετο καὶ ὑπ' αὐτοῖς τὰ ἀληθῆ ἠφάνιζε. Παραπετάσμασιν οὖν ἐχρῆτο τοῖς ψεύσμασι καὶ ἠλήθευεν ἔνδον λανθάνων καπηλικώτερον. Ἔπασχεν οὖν πάθημα ὀσπρίων, ὧν τὰ μὲν κενὰ ἐπιπολάζει τε τῷ ὕδατι καὶ ὑπερέχει, τὰ χρηστὰ δὲ αὐτῶν ἐστι κάτω καὶ ἐν ἀφανεῖ. Ergo Numenius Neopythagoreos secutus[2] illas quoque scholas philosophicas, quas a re mystica alienissimas fuisse supra vidimus, silentio cuidam mystico interdum favisse contendit.

Numenium ad res mysticas propensum fuisse et libenter atque acriter investigasse res secretas nobis tradit Macrobius Somn. Scip. I 2, 19, ubi, cum fuerit „occultorum curiosior, Eleusinia sacra interpretando vulgasse“ dicitur. Ad hanc rem Thedinga p. 18—20 refert, quod Origenes Contra Celsum IV 51 Numenium libro cui titulus fuisset Ἔποψ (quod idem valere quod ἐπόπτης) Mosen et prophetas allegorice explicasse scribit. Exempla interpretationis Numenianae praebent fr. 42 (Ἀπόλλων vocatur Δέλφιος, quia est „unus et solus“), ex quo eum originatione verborum usum esse evincitur, et fragmenta 47 (Proclus in Tim. p. 24 C) et 54 (Porphyr. de antro nymph. 21 sq.), quibus allegoriam physicam profert.

Quod supra diximus Numenii doctrinam in universum medium locum inter philosophiam aetatis praecedentis et Neoplatonicam obtinere, hoc verbis eius quibus de silentio agitur comprobatur. Nam, ut alia omittam, theologia eius quae de primo deo est similiter apud Neopythagoreos et Philonem invenitur; quod vero tantopere in ecstasi mentis a rebus mundanis quam maxime separatae insistit, hoc ei cum libris Herme-

[1] Cf. Clem. Alex. strom. V 58 (v. supra p. 65).
[2] Cf. supra p. 64 sq.

ticis imprimis commune est; denique cum silentium ad mentem transferat singulosque homines eius ope ad numen accedere doceat (fr. 10 *μόνῳ μόνον*), a Plotino proxime abest, qui homines deum precari iubet *μόνους πρὸς μόνον* (Enn. V 1, 6; cf. VI 9 11 *φυγὴ μόνου πρὸς μόνον*).

Iam ad Plotinum ipsum transgressi quid Neoplatonicorum princeps de silentio mystico senserit quaerimus.

Plotinus mysteriorum ignarus non erat neque silentium mysticum non noverat; neque mysteria (et mythos) tectis et ambiguis verbis uti nesciebat (Enn. V 1, 7 *ὡς τὰ μυστήρια καὶ οἱ μῦθοι οἱ περὶ θεῶν αἰνίττονται*). At ubi ipse vocabula mystica adhibet [1], novum sensum altioremque eis subdere solet eumque theologiae suae accommodatum. Summus illi deus (*τὸ πρῶτον, τὸ ἕν*) neque cogitatione humana comprehendi neque verbis concipi potest: V 3, 12 *τὸ δὲ ὥσπερ ἐπέκεινα νοῦ, οὕτως καὶ ἐπέκεινα γνώσεως, οὐδὲν δεόμενον ὥσπερ οὐδενός, οὕτως οὐδὲ τοῦ γινώσκειν* . . . (13) *Διὸ καὶ ἄρρητον τῇ ἀληθείᾳ· ὅ τι γὰρ ἂν εἴπῃς, τὶ ἐρεῖς.* (14) *Πῶς οὖν ἡμεῖς λέγομεν περὶ αὐτοῦ; κτλ.* Deus est *κρείττων λόγου*. Cf. V 5, 6 *λέγομεν περὶ οὐ ῥητοῦ* (de bono divino); VI 9, 4 (*τὸ ἓν* Plato) *οὐδὲ ῥητὸν οὐδὲ γραπτόν φησιν*; cf. etiam VI 8, 18. 19 [2]. Ideo VI 9, 10 sq. de contemplatione dei Plotinus docet: *Διὸ καὶ δύσφραστον τὸ θέαμα* . . . (11) *Τοῦτο δὴ ἐθέλον δηλοῦν τὸ τῶν μυστηρίων τῶνδε ἐπίταγμα, τὸ μὴ ἐκφέρειν εἰς μὴ μεμυημένους, ὡς οὐκ ἔκφορον ἐκεῖνο ὂν ἀπεῖπε δηλοῦν πρὸς ἄλλον τὸ θεῖον, ὅτῳ μὴ καὶ αὐτῷ ἰδεῖν εὐτύχηται.* Veritas igitur talis est, ut se ipsa a profanis oculis defendat; is enim, *ὅτῳ μὴ καὶ αὐτῷ ἰδεῖν εὐτύχηται*, illius omnino incapax est. V 8, 2: *Διὸ οὐδὲ πρὸς πάντας οἱ περὶ τῶν τοιούτων λόγοι*, quia scilicet idonei non sunt. Tales pulchritudo divina fugit:

---

[1] Cum vocabulis mysticis confundendus non est sermo Plotini difficilis et obscurus, de quo Eunapius Vit. soph. p. 7 Boiss. dicit: *Ὁ Πλωτῖνος . . . τῷ λοξῷ καὶ αἰνιγματώδει τῶν λόγων βαρὺς ἐδόκει καὶ δυσήκοος.*

[2] Arnobius neoplatonizans Adv. nat. I 31 p. 21, 4 sqq. R. ita scribit: „De quo (deo) nihil dici et exprimi mortalium potis est significatione verborum, qui ut intellegaris tacendum est atque ut per umbram te possit errans investigare suspicio, nihil est omnino muttiendum". Cf. III 19, p. 124, 28 sqq.

I 6, 8 *πῶς τις θεάσεται κάλλος ἀμήχανον οἷον ἔνδον ἐν ἁγίοις ἱεροῖς μένον οὐδὲ προϊὸν εἰς τὸ ἔξω, ἵνα τις καὶ βέβηλος ἴδῃ;*

Ex maiestate divina etiam sermo symbolicus et fabulosus originem ducit, cum de contemplatione dei idoneus loquendi modus non sit: VI 9, 11 *ταῦτα μὲν οὖν μιμήματα, καὶ τοῖς οὖν σοφοῖς τῶν προφητῶν αἰνίττεται, ὅπως θεὸς ἐκεῖνος ὁρᾶται· σοφὸς δὲ ἱερεὺς τὸ αἴνιγμα συνιεὶς ἀληθινὴν ἂν ποιοῖτο ἐκεῖ γενόμενος τοῦ ἀδύτου τὴν θέαν*; VI 8, 19 *χρὴ δὲ ἴσως καὶ τὸ ἐπέκεινα οὐσίας καὶ ταύτῃ νοεῖσθαι τοῖς παλαιοῖς λεγόμενον δι' αἰνίξεως κτλ.* Ideo nonnumquam mysteria et fabulas ita interpretatur, ut sint imagines rerum divinarum: V 1, 7 *ὡς τὰ μυστήρια καὶ οἱ μῦθοι οἱ περὶ θεῶν αἰνίττονται Κρόνον μὲν θεὸν σοφώτατον πρὸ τοῦ Διὸς γενέσθαι κτλ.*; I 6, 6 *διὸ καὶ αἱ τελεταὶ ὀρθῶς αἰνίττονται τὸν μὴ κεκαθαρμένον καὶ εἰς ᾅδου κείσεσθαι ἐν βορβόρῳ.* Cf. IV 3, 12 et 14 (*οἷον εἰκὸς καὶ τὸν μῦθον αἰνίττεσθαι*); V 8, 4; VI 9, 9, al.[1]. Cum Porphyrius quondam carmen recitaret, cui titulus erat *Ἱερὸς γάμος, καί τινος διὰ τὸ μυστικῶς πολλὰ μετ' ἐνθουσιασμοῦ ἐπικεκρυμμένως εἰρῆσθαι εἰπόντος μαίνεσθαι τὸν Πορφύριον, ἐκεῖνος* (Plotinus) *εἰς ἐπήκοον ἔφη πάντων· ἔδειξας ὁμοῦ καὶ τὸν ποιητὴν καὶ τὸν φιλόσοφον καὶ τὸν ἱεροφάντην* (Porphyr. Vita Plot. c. 15).

Ex eodem fonte, ex quo reticentia mystica et sermo aenigmaticus profluunt, etiam silentium in ipsa contemplatione servandum emanat. Cum enim deus extra potestatem sensuum sit positus et in summa quiete resideat, mens humana, quae deum attingere cupit, a sensuum vinculis se liberare et quietem divinam imitari debet: I 6, 8 *ἀλλὰ ταῦτα πάντα ἀφεῖναι δεῖ καὶ μὴ βλέπειν, ἀλλ' οἷον μύσαντα ὄψιν ἄλλην ἀλλάξασθαι καὶ ἀνεγεῖραι κτλ.* V 1, 2: Anima, quae de anima mundi quaerit, *σκοπείσθω ... ἡσύχῳ τῇ καταστάσει. Ἥσυχον δὲ αὐτῇ ἔστω μὴ μόνον τὸ περικείμενον σῶμα καὶ ὁ τοῦ σώματος κλύδων, ἀλλὰ καὶ πᾶν τὸ περιέχον· ἥσυχος μὲν γῆ, ἥσυχος δὲ θάλασσα καὶ ἀὴρ καὶ αὐτὸς οὐρανός.* Ideo ne verba quidem in precibus adhibenda sunt: V 1, 6 *ὧδε οὖν λεγέσθω θεὸν αὐτὸν ἐπικαλεσαμένοις οὐ λόγῳ γεγωνῷ, ἀλλὰ τῇ ψυχῇ*[2]

[1] Cf. Zeller *Ph. d. Gr.* III 2⁴ 678—681.

[2] Apparet hic *ἡ λογικὴ θυσία*, de qua supra p. 71 et 98 sq. egimus.

*ἐκτείνασιν ἑαυτοὺς εἰς εὐχὴν πρὸς ἐκεῖνον, εὔχεσθαι τὸν τρόπον τοῦτον δυναμένους μόνους πρὸς μόνον. Δεῖ τοίνυν θεατὴν ἐκείνου ἐν τῷ εἴσω οἷον νεῷ ἐφ' ἑαυτοῦ ὄντος, μένοντος ἡσύχου ἐπέκεινα πάντων . . . θεᾶσθαι κτλ.* Contemplanti neque cogitationes neque verba suppetunt: V 3, 17 anima *ἐπιθέουσα πᾶσι τοῖς ἀληθέσι καὶ ὧν μετέχομεν ἀληθῶν ὅμως ἐκφεύγει, εἴ τις βούλοιτο εἰπεῖν καὶ διανοηθῆναι*; potius debet *πάντῃ μηδὲν μήτε δύνασθαι μήτε σχολὴν ἄγειν λέγειν, ὕστερον δὲ περὶ αὐτοῦ συλλογίζεσθαι.* Cf. VI 7, 34: *Ὃ οὖν λέγει, ἐκεῖνό ἐστι, καὶ ὕστερον λέγει, καὶ σιωπῶσα δὲ λέγει κτλ.*[1].

Cum veritas divina ipsa se ab auribus profanis tueatur, externa silentii disciplina non requiritur. Quodsi inter Herennium Origenem Plotinum Ammonii Saccae discipulos convenerat *μηδὲν ἐκκαλύπτειν τῶν Ἀμμωνίου δογμάτων, ἃ δὴ ἐν ταῖς ἀκροάσεσιν αὐτοῖς ἀνεκεκάθαρτο* (Porph. Vita Plot. 3), et Plotinus ipse non facile cum aliis libros suos communicabat (ibid. 4 *γράψας εἴκοσι καὶ ἓν βιβλίον, ἃ καὶ κατείληφα ἐκδεδομένα ὀλίγοις. Οὐδὲ γὰρ ἦν πω ῥᾳδία ἡ ἔκδοσις οὐδὲ εὐσυνειδήτως ἐγίγνετο οὐδ' ἁπλῶς κἀκ τοῦ ῥᾴστου, ἀλλὰ μετὰ πάσης κρίσεως τῶν λαμβανόντων*), haec non e silentii lege procedebant, sed animum pronum ostendunt, qui philosophiae placita ab indocti vulgi auribus indignis defendat. Re vera Neoplatonicos postea magis magisque quasi quoddam sodalicium secretum paucorum virorum doctrina praecellentium constituisse et vulgi commercium vitasse infra videbimus.

Plotinus igitur Platonem, quem in omnibus aemulabatur, eo aequavit, quod silentium in mente sola positum esse vult et ab externis silentii praeceptis abstinet. Quod vero ultimam silentii rationem in primi dei immobili quiete et silentio ponit, quam mens humana summo sensuum et cogitationis silentio

---

[1] Audiatur scriptor mysticus Christianus, Diadochus episcopus Photicensis in „Capitibus Gnosticis“ (ed. Weis-Liebersdorf 1912) p. 10, 7 sqq. dicens: *Ὅπου πλοῦτος* (scientiae divinae), *οὐ συγχωρεῖ τὸ λέγειν. Μεθύουσα γὰρ τότε ψυχὴ τῇ ἀγάπῃ τοῦ θεοῦ σιγώσῃ φωνῇ θέλει κατατρυφᾶν τῆς δόξης τοῦ κυρίου.* Cf. ad hunc locum R. Reitzenstein *Hist. monachorum und Hist. Lausiaca* = Forschungen zur Rel. u. Lit. des A. u. N. T. N. F. IV (1915) 135. — De doctrina Plotini cf. etiam H. F. Müller *Dionysios Proklos Plotinos* (Beiträge z. Gesch. d. Phil. des Mittelalt. XX 3 et 4 [1918]) 16.

i. e. ecstasi tantum attingere et contemplari possit, hac re Platonem, apud quem semina tantum huius doctrinae invenies, supergressus ad Neopythagoreos imprimis et Philonem Numeniumque proxime accedit et mysticam silentii sui indolem clarissime ostendit.

Porphyrio Plotini discipulo praecellenti, ut praeceptoris subtilitatem in omnibus servaret, non contigit. Nam cum illum imitatus cognitioni rerum philosophicae studeret, tamen sacra publica et superstitiones vulgares non esse neglegendas putabat, ita sane, ut, quantum fieri posset, cum philosophia conferrentur et conciliarentur. Propterea de silentio quoque duplicem videtur proferre sententiam [1].

Sublimem quem obtinuerat Plotinus locum Porphyrius retinere videtur, ubi l. de abstinentia alterius, in quo sacrificia cruenta impugnat et improbat, cap. 34 summum deum solo silentio colendum esse praedicat: *Θύσωμεν τοίνυν καὶ ἡμεῖς· ἀλλὰ θύσωμεν, ὡς προσήκει, διαφόρους τὰς θυσίας ὡς ἂν διαφόροις δυνάμεσι προσάγοντες· θεῷ μὲν τῷ ἐπὶ πᾶσιν, ὥς τις ἀνὴρ σοφὸς* [2] *ἔφη, μηδὲν τῶν αἰσθητῶν μήτε θυμιῶντες μήτ' ἐπονομάζοντες· οὐδὲν γάρ ἐστιν ἔνυλον, ὃ μὴ τῷ ἀύλῳ εὐθύς ἐστιν ἀκάθαρτον. Διὸ οὐδὲ λόγος τούτῳ ὁ κατὰ φωνὴν οἰκεῖος, οὐδ' ὁ ἔνδον, ὅταν πάθει ψυχῆς ᾖ μεμολυσμένος, διὰ δὲ σιγῆς καθαρᾶς καὶ τῶν περὶ αὐτοῦ καθαρῶν ἐννοιῶν θρησκεύομεν αὐτόν* [3] *... Ἐν ἀπαθείᾳ ἄρα τῆς ψυχῆς, τοῦ δὲ θεοῦ θεωρίᾳ ἡ θυσία αὕτη τελεῖται. Τοῖς δὲ αὐτοῦ ἐκγόνοις, νοητοῖς δὲ θεοῖς ἤδη καὶ τὴν ἐκ τοῦ λόγου ὑμνῳδίαν προσθετέον.* Ex placito theologico haec ad praeceptum ethicum transfert in epistulae ad Marcellam datae, in qua componenda cum alia tum ea gnomologia, quae aliquo modo ad Neopythagoreos referuntur, compilavit [4], c. 15: *Οὐ ταῖς δόξαις οὐκ ἂν χρήσαιο,*

---

[1] Porphyrium placita sua nonnumquam mutasse vel potius excoluisse demonstrat Bidez *Vie de Porphyre* (1913); cf. etiam G. Wolff in libro infra p. 119 n. 1 afferendo p. V; sed silentii aestimationem numquam ita mutavit, ut eam non tamquam unam proponere liceret.

[2] Apollonius Tyaneus; cf. supra p. 67.

[3] Ipse deus sermone non utitur: De abstin. III 5 *τὸν ἐπὶ πᾶσι θεὸν καὶ τοὺς ἄλλους τῷ μὴ φθέγγεσθαι κτλ. Ἀλλ' οἵ γε θεοὶ σιγῶντες μηνύουσι κτλ.*

[4] Porphyrii libellum non multum differre a centone observavit H. Usener,

*τούτῳ μήτε βίου μήτε λόγου τοῦ περὶ θεοῦ κοινώνει. Λόγον γὰρ περὶ θεοῦ τοῖς ὑπὸ δόξης διεφθαρμένοις λέγειν οὐκ ἀσφαλές. Καὶ γὰρ καὶ τἀληθῆ λέγειν ἐπὶ τούτων περὶ θεοῦ καὶ τὰ ψευδῆ κίνδυνον ἴσον φέρει* (*λόγον—φέρει* cf. 55 Sch., Demophil. 25). *Οὔτε αὐτόν τινα προσῆκεν ἀνοσίων ἔργων μὴ καθαρεύοντα φθέγγεσθαι περὶ θεοῦ, οὔτε εἰς τοιούτων ἀκοὰς ἐμβάλλοντα τὸν περὶ θεοῦ λόγον οἴεσθαι μὴ μιαίνειν· ἀλλ' ἀκροᾶσθαι καὶ λέγειν τὸν περὶ θεοῦ λόγον ὡς ἐπὶ θεοῦ* (cf. 112 Sch., Dem. 88). *Προηγείσθω οὖν τοῦ περὶ θεοῦ λόγου τὰ θεοφιλῆ ἔργα* (cf. 56 Sch.), *καὶ σιγάσθω ὁ περὶ αὐτοῦ λόγος ἐπὶ πλήθους*[1] . . . *Νόμιζε αἱρετώτερον εἶναι σιγᾶν ἢ λόγον εἰκῆ προέσθαι περὶ θεοῦ* (cf. 115 Sch., Dem. 91). Cf. c. 16: *Σοφὸς γὰρ ἀνὴρ καὶ σιγῶν τὸν θεὸν τιμᾷ* (cf. 14 Sch., Dem. 6). 20: *Θεοῦ γὰρ γνῶσις ποιεῖ βραχὺν λόγον* (*βραχυλόγον* legendum esse demonstrant 10. 16 Sch., Dem. 10. 15).

At cum philosophus sacris publicis, oraculis, caerimoniis, simulacris deorum, ut ea tueretur, altiorem sensum philosophicum subderet, saepe argumentis ex silentio mystico et sermone fabuloso petitis niti coactus est[2]. Hac vero re Porphyrius a Plotino differt, quod magister fabulis tamquam meris imaginibus doctrinam suam illustrabat[3], discipulus sensum reconditum quem eliciebat re vera figmentis illis subesse sibi persuadebat. Ideoque Plotinus ubi doctrinam reticeri iubet, non ipsum silentium flagitat, sed sublimitatem tantum et mysticam placitorum suorum vim effert, cum Porphyrius nonnumquam veram silentii observationem expostulet hacque ratione ad populi superstitiones descendat.

Libris quos iuvenis de philosophia ex oraculis

Epicur. p. LVIII; cf. Nauck praef. p. XVII sqq., quem in nonnullis supplevi, addens imprimis numeros sententiarum Pythagoricarum a Schenkl editarum (cf. supra p. 68).

[1] Bidez *Vie de Porphyre* 115 n. 7 comparat Sexti sententiam 360: *Ἐπὶ πλήθους λέγειν περὶ θεοῦ μὴ ἐπιτήδευε.*

[2] Porphyrii temporibus Alexander Lycopolitanus iisdem armis contra Manichaeos pugnat p. 37, 13 sqq. ed. A. Brinkmann: *Οἱ μὲν γὰρ περὶ τούτου διατάττοντες ἐν ἀλληγορίαις τὰ τοιαῦτα προφέρονται τὸ σεμνὸν τοῦ λόγου ἀποκρύπτοντες τῇ τοῦ μύθου ἰδέᾳ κτλ.*

[3] Interdum hoc apud Porph. quoque deprehendimus; cf. De antro nymph. c. 14 (de Proserpina), 16 (de Saturno).

haurienda (*περὶ τῆς ἐκ λογίων φιλοσοφίας*[1]) conscripsit, ex responsorum divinorum verbis ambiguis philosophiam quandam eruere studuit, quae cum ab ipsis dis tecta sit, non cum omnibus communicanda est. Eusebius praep. ev. IV 8 hoc fragmentum servavit (Wolff p. 110): *Σὺ δ' εἴπερ τι, καὶ ταῦτα πειρῶ μὴ δημοσιεύειν, μηδ' ἄχρι καὶ τῶν βεβήλων ῥίπτειν αὐτὰ δόξης ἕνεκα ἢ κέρδους ἤ τινος ἄλλης οὐκ εὐαγοῦς κολακείας. Κίνδυνος γὰρ οὐ σοὶ μόνον τὰς ἐντολὰς παραβαίνοντι ταύτας, ἀλλὰ κἀμοὶ ῥᾳδίως πιστεύσαντι τῷ στέγειν παρ' ἑαυτῷ μὴ δυναμένῳ τὰς εὐποιΐας. Δοτέον δὲ τοῖς τὸν βίον ἐνστησαμένοις πρὸς τὴν τῆς ψυχῆς σωτηρίαν. (Καὶ μεθ' ἕτερα ἐπιλέγει·) Ταῦτά μοι ὡς ἀρρήτων ἀρρητότατα*[2] *κρύπτειν· οὐδὲ γὰρ οἱ θεοὶ φανερῶς περὶ αὐτῶν ἐθέσπισαν, ἀλλὰ δι' αἰνιγμάτων*[3]. Ergo di verbis et imaginibus ambiguis veritatem texerunt, quam homo operosa indagatione repertam cum dignis tantum et salutis cupidis communicabit.

Eandem fere sententiam de deorum simulacris Porphyrius protulit libello, cui titulus fuit *Περὶ ἀγαλμάτων*, cuius fragmenta servavit Eusebius in Praep. ev. III 7—13 (collegit Bidez *Vie de Porphyre* p. 1*—23*). Initium facit a versu Orphico (Fr. 1 p. 1* Bidez.): „*Φθέγξομαι οἷς θέμις ἐστί, θύρας δ' ἐπίθεσθε βέβηλοι*“ *σοφίας θεολόγου νοήματα δεικνύς, οἷς τὸν θεὸν καὶ τοῦ θεοῦ τὰς δυνάμεις διὰ εἰκόνων συμφύλων αἰσθήσει ἐμήνυσαν ἄνδρες τὰ ἀφανῆ φανεροῖς ἀποτυπώσαντες πλάσμασι, τοῖς καθάπερ ἐκ βίβλων τῶν ἀγαλμάτων ἀναλέγειν τὰ περὶ θεῶν μεμαθηκόσι γράμματα.* Simulacra non solum imagines rerum invisibilium sunt, sed etiam harum rerum naturam arcanam interdum imitantur: Fr. 2 p. 2* *τοῦ θείου . . ἀφανοῦς τε τυγχάνοντος αἰσθήσει περὶ θνητὸν βίον ἀσχόλῳ . . . πολλοὶ δ' αὖ καὶ μέλανι λίθῳ τὸ ἀφανὲς αὐτοῦ τῆς οὐσίας ἐδήλωσαν.* Fr. 3 p. 6* *σκέπεται δὲ αὐτῷ (Διὶ) τὰ*

[1] Porphyrii de philosophia ex oraculis haurienda librorum reliquiae ed. Gust. Wolff 1856.

[2] *Ἀρρήτων ἀρρητότερα* et similia verba in proverbium abierunt; cf. Iulian. imperat. or. 7 p. 210 D.

[3] Ad hunc locum respicere videtur Eusebius pr. ev. V 6, 3: *Ἄκουε δ' οἷα ἐκφαίνει ὁ τὰ ἄρρητα τῶν ἀρρήτων διηρευνηκὼς καὶ τῶν ἀπορρήτων ἀξιωθεὶς τῆς γνώσεως* (Wolff p. 121).

*πρόσθια, ὅτι ἀφανὴς τοῖς κάτω κεκρυμμένοις.* Fr. 10 p. 18* *τὸν δημιουργὸν, ὃν Κνὴφ οἱ Αἰγύπτιοι προσαγορεύουσιν, ἀνθρωποειδῆ, τὴν δὲ χροιὰν ἐκ κυανοῦ μέλανος ἔχοντα, . . . ὅτι λόγος δυσεύρετος καὶ ἐγκεκρυμμένος καὶ οὐ φανός.* Ergo simulacra similiter atque oracula mystico velamine dogmata theologica tegunt, quapropter recte Bidez[1] hunc Eusebii locum confert (pr. ev. III 13, 5): *Ἀλλ' ἐπεὶ πάντα τὸν περὶ τούτων ἀπόρρητον δὴ καὶ μυστικώτερον λόγον εἰς ἀσωμάτους δυνάμεις μεταφορικῶς ἀνῆγον* (i. e. Porphyrius et alii), *ὥστε δοκεῖν μήκετ' ἐπὶ τὰ ὁρώμενα μέρη τοῦ κόσμου τὴν θεοποιΐαν αὐτῶν συντείνειν, ἀλλ' ἐπί τινας ἀοράτους καὶ ἀσωμάτους δυνάμεις.* Iam intellegimus Porphyrium cum simulacra non elementorum mundi, sed virium invisibilium imagines esse contendat, non tam ratione Stoicorum physica quam Platonicorum theologica delectari ideoque suo iure, sicut antea statuimus, mysticam oraculorum et simulacrorum vim efferre.

Porphyrium Homeri quoque carmina ita interpretatum esse, ut poetae verbis sensus reconditus ad deos (et ad daemones) pertinens subesset, ex iis quae diximus consentaneum est et scriptis eius probatur. Ut exemplo utar, fragmento *Ἐκ τοῦ περὶ Στυγός,* quod Stobaeus flor. II 14, 9 sqq. W. servavit, haec docet: *Ἔστι δὲ ἡ τοῦ ποιητοῦ δόξα οὐχ ὡς ἄν τις νομίσειεν εὔληπτος. Πάντες μὲν γὰρ οἱ παλαιοὶ τὰ περὶ τῶν θεῶν καὶ δαιμόνων δι' αἰνιγμῶν ἐσήμαναν, Ὅμηρος δὲ καὶ μᾶλλον τὰ περὶ τούτων ἀπέκρυψε τῷ μὴ προηγουμένως περὶ αὐτῶν διαλέγεσθαι, καταχρῆσθαι δὲ τοῖς λεγομένοις εἰς παράστασιν ἄλλων. Τῶν οὖν ἀναπτύσσειν ἐπιχειρησάντων τὰ δι' ὑπονοίας παρ' αὐτῷ λεγόμενα κτλ.*

At quid, quod in Quaestionibus Homericis[2] solam rationem physicam sequi videtur? Ad *Α* 399 enim haec exhibet (p. 13 Schr.): *Δεῖ τοίνυν φυσικόν τινα μᾶλλον ἐν τούτοις ὑπονοεῖν λόγον· Δία γάρ φησι τὴν ἄκρατον θερμασίαν . . . Ποσειδῶνα τὸ ὕδωρ, Ἥραν τὸν ἀέρα κτλ.* Ad *Β* 447 (p. 40 sqq. Schr.): *Ἡ αἰγίς* significat motum animi (*πάθος*); cf. etiam ad *Θ* 1

[1] P. 1* adnot.

[2] Porphyrii quaestionum Homericarum ad Iliadem pertinentium reliquias collegit disposuit edidit H. Schrader 1880—82; P. qu. H. ad Odysseam p. rel. c. d. ed. H. Schr. 1890.

p. 113 sq. Ad *Ο* 13 (p. 200): *Ῥητέον δὲ ὅτι φιλοσοφεῖ Ὅμηρος· μυθικῶς γὰρ Ζεὺς ἐνταῦθα ὁ αἰθὴρ οὐρανοῦ τοῦ περὶ τὸν ἀέρα δεσμός ἐστιν κτλ.* Ad *Σ* 239 sq. (p. 224 sq.): *Ἀπόλλων* est *ἥλιος*. Ad *Υ* 67 sqq. (p. 240 sqq.) celebris illa de pugna deorum quaestio movetur et Stoica plane ratione solvitur: *Τοῦ ἀσυμφόρου μὲν ὁ περὶ θεῶν ἔχεται καθόλου λόγος, ὁμοίως δὲ καὶ τοῦ ἀπρεποῦς· οὐ γὰρ πρέποντας τοὺς ὑπὲρ τῶν θεῶν μύθους φησίν. Πρὸς δὲ τὴν τοιαύτην κατηγορίαν οἱ μὲν ἀπὸ τῆς λέξεως ἐπιλύουσιν, ἀλληγορίᾳ πάντα εἰρῆσθαι νομίζοντες ὑπὲρ τῆς τῶν στοιχείων φύσεως, οἷον ἐν ταῖς ἐναντιώσεσι τῶν θεῶν . . . ὁμοίως ἐσθ' ὅτε καὶ ταῖς διαθέσεσι ὀνόματα θεῶν τιθέναι κτλ.* Ad *μ* 128 sqq. (p. 111 sq.) de trecentis quinquaginta bobus Solis quaeritur, et respondetur: *Ἀριστοτέλης φυσικῶς τὰς κατὰ σελήνην ἡμέρας αὐτὸν λέγειν φησὶ τν' οὔσας.*

Verum dissensio, quam inter Porphyrii sententias deprehendisse nobis videmur, re vera nulla est, cum philosophus numquam allegoriam physicam se penitus repudiare dixerit, sed Stoicam rationem allegoriae Platonicae semper miscuerit. Accedit, quod in Quaestionibus Homericis aliorum commentarios compilavit. Velut *Σ* 239 sq. ad Cratetem, *Υ* 67 sqq. ad veteres et ad Theagenem Rheginum, *μ* 128 sqq. ad Aristotelem provocat, et in universum allegoria eius physica ab Heracliti et Cornuti interpretandi modo proxime abest[1]. At ubi ipse ex proprio potius ingenio loquitur, ad theologicam magis interpretationem inclinat, id quod ex exemplis mox afferendis apparebit.

Quomodo Porphyrius de sermone fabuloso senserit, liber eius maxime ostendit, quo Platonis fabulam de Ere Pamphylio l. reip. X narratam a Colotis Epicurei obtrectatione defendit, ex quo non pauca excerpsit Proclus in comm. in remp. Plat. Velut II 107, 5 sqq. Kroll. Proclus haec tamquam Porphyrii argumenta affert: *Καὶ ὅτι τὸ πλασματῶδες τοῦτο κατὰ φύσιν πώς ἐστιν, διότι καὶ ἡ φύσις κρύπτεσθαι φιλεῖ καθ' Ἡράκλειτον· καὶ ὡς οἱ δαίμονες οἱ προστάται τῆς φύσεως διὰ δή τινων τοιούτων πλασμάτων ἡμῖν ἐκφαίνουσιν τὴν ἑαυτῶν δόσιν ὄναρ τε καὶ ὕπαρ, λοξὰ φθεγγόμενοι, δι' ἄλλων ἄλλα σημαίνοντες με-*

[1] Cf. Diels, Doxogr. gr. p. 98 et C. Reinhardt, De Graecorum theologia capita duo 1910.

*μορφωμένα τῶν ἀμορφώτων ἀφομοιώματα καὶ διὰ τῶν ἀνὰ λόγον ἄλλα σχημάτων, ὧν δὴ καὶ τὰ ἱερὰ πεπληρῶσθαι καὶ τὰ δρώμενα ἐν τοῖς τελεστηρίοις*[1], *ἃ καὶ δρᾶν αὐτῷ τῷ κρυφίῳ καὶ ἀγνώστῳ παρὰ τοῖς τελουμένοις.* Haec utique animum non Stoici, sed Platonici demonstrant, praesertim cum fabulas, ut ita dicam, non fictum, sed verum silentium servare hocque non ex scriptoris voluntate, sed ex natura rei procedere statuatur. Quocum consentit, quod fragmenta ipsius mythi Platonici a Porphyrio enarrati, quem Proclus II 96, 13 sqq. Kr. *πάντων μάλιστα τῶν ἐν τῷ μύθῳ κεκρυμμένων . . . τέλειον ἐξηγητήν* nominat (velut II 196, 24 sqq. et 255, 5 Kr.), non Stoicam, sed Platonicam indolem prae se ferunt, cum mythi partes ad res divinas referantur.

Ergo Porphyrius Stoicam interpretationem Platonicae ita miscuit, ut praeponderaret Platonica vel mystica.[2] Idem apparet ex libro De antro nympharum inscripto, quo antrum Ithacesium (ν 102—112) allegorice interpretatur: C. 1 *ὅτι ποτὲ αἰνίττεται Ὁμήρῳ τὸ ἐν Ἰθάκῃ ἄντρον*, 3 *ἀλληγορεῖν τι καὶ αἰνίττεσθαι διὰ τούτων τὸν ποιητήν*, 4 *ὡς ἂν μήτε τῶν παλαιῶν ἄνευ συμβόλων μυστικῶν τὰ ἱερὰ καθιδρυσαμένων μήτε Ὁμήρου ὡς ἔτυχε τὰ περὶ τούτων ἀφηγουμένου.* Quid autem significat antrum? Est symbolum mundi (c. 5 sqq.). Praevaletne igitur physica ratio? Sed c. 7 Porphyrius scribit: *Οὐ μόνον δ', ὡς ἔφαμεν, κόσμου σύμβολον αἰσθητοῦ τὸ ἄντρον ἐποιοῦντο, ἀλλ' ἤδη καὶ πασῶν τῶν ἀοράτων δυνάμεων τὸ ἄντρον σύμβολον παρελάμβανον διὰ τὸ σκοτεινὰ μὲν εἶναι τὰ ἄντρα, ἀφανὲς δὲ τῶν δυνάμεων τὸ οὐσιῶδες*; quibus addendum est c. 9: *Ὅτι μὲν οὖν σύμβολον κόσμου τὰ ἄντρα καὶ τῶν ἐγκοσμίων δυνάμεων ἐτίθεντο οἱ θεολόγοι, διὰ τούτου δεδήλωται· ἤδη δὲ καὶ ὅτι τῆς νοητῆς οὐσίας εἴρηται, ἐκ διαφόρων μέντοι καὶ οὐ τῶν αὐτῶν ἐννοιῶν ὁρμώμενοι. . . τοῦ δὲ νοητοῦ*

[1] Exemplum mysteriorum interpretationis Porphyrius nobis reliquit in fr. 10 *περὶ ἀγαλμάτων* p. 22* Bidez.: *Ἐν δὲ τοῖς κατ' Ἐλευσῖνα μυστηρίοις ὁ μὲν ἱεροφάντης εἰς εἰκόνα τοῦ δημιουργοῦ ἐνσκευάζεται, δᾳδοῦχος δὲ εἰς τὸν ἥλιον, καὶ ὁ μὲν ἐπὶ βωμῷ εἰς τὴν σελήνης, ὁ δὲ ἱεροκῆρυξ Ἑρμοῦ.*

[2] Cf. etiam Zeller *Ph. d. Gr.* III $2^4$ 730 et n. 1. — In antro nympharum allegorice explicando Cronii Neopythagorei scripta in usum vocavit; cf. c. 2 sqq. Etiam in libro *Περὶ Στυγός* eiusdem meminit tamquam Homeri interpretis: Stob. flor. II 14, 9 sqq. W.

*(κόσμου) διὰ τὸ ἀφανὲς αἰσθήσει κτλ.* Haec quamquam satis plana non sunt [1], hoc certe ostendunt Porphyrium rationis physicae finibus non se continuisse, sed allegoria sua res metaphysicas et divinas amplexum esse. Denique se interpretatione physica contentum non fuisse ipse professus est in epistula ad Anebonem Aegyptium data, ubi Chaeremoni opprobrio vertit, quod res metaphysicas neglexerit (§ 36 sq. ed. Parthey.): *. . . ἑώρα γὰρ τοὺς τὸν Ἥλιον δημιουργὸν φαμένους, καὶ τὰ περὶ τὸν Ὄσιριν καὶ τὴν Ἶσιν καὶ πάντας τοὺς ἱερατικοὺς μύθους ἢ εἰς τοὺς ἀστέρας . . . ἢ εἰς τὰς τῆς σελήνης αὐξήσεις καὶ μειώσεις ἢ εἰς τὴν τοῦ ἡλίου πορείαν . . . καὶ ὅλως πάντα εἰς τὰ φυσικά, καὶ οὐδὲν εἰς ἀσωμάτους καὶ ζώσας οὐσίας ἑρμηνεύοντας.*

Porphyrius autem non solum Homeri carmina, oracula, simulacra, fabulas allegoria ad philosophiae rationem trahebat [2], sed etiam ipse sermone tecto et mystico nonnumquam utebatur. Solebat ille quidem ratione dicendi simplici et aperta excellere ita, ut Plotini scripta difficilia et obscura aliis explanare valeret, auctore Eunapio Vit. soph. p. 9 Boiss.: *Τῶν δὲ φιλοσόφων τὰ ἀπόρρητα καλυπτόντων ἀσαφείᾳ καθάπερ τῶν ποιητῶν τοῖς μύθοις, ὁ Πορφύριος τὸ φάρμακον τῆς σαφηνείας ἐπαινέσας καὶ διαπείρας γευσάμενος, ὑπόμνημα γράψας, εἰς φῶς ἤγαγεν . . . πάντα εἰς τὸ εὔγνωστον καὶ καθαρὸν ἐξήγγελλεν.* Sed interdum ut altiora sonaret, ad verba mystica confugit. Ipse narrat in Vita Plot. 15 se Platonis die festo carmen recitasse, cui titulus erat *Ἱερὸς γάμος*, in quo *μυστικῶς πολλὰ μετ᾽ ἐνθουσιασμοῦ ἐπικεκρυμμένως* proferebantur, ita ut auditorum aliquis diceret *μαίνεσθαι τὸν Πορφύριον*, Plotinus autem eum tamquam poetam philosophum hierophantam laudaret (cf. supra p. 115).

Porphyrius igitur persuasum habet in silentio mystico sum-

---

[1] De interpretatione Porphyrii non unam rationem servante cf. C. Prächter *Richtungen und Schulen im Neuplatonismus* (Genethliakon für C. Robert 1910) 122—127.

[2] Res turpes secludi maluit: cf. Procl. in remp. II 106, 23 sqq. Kr., qui Porphyrium docentem inducit, *ὅτι Πλάτων οὐ πᾶσαν ἐκποδὼν ἐποίησεν μυθολογίαν, ἀλλὰ τὴν διὰ τῶν αἰσχρῶν καὶ ἀθέσμων πλασμάτων χωροῦσαν, οἵαν Ὅμηρός τε καὶ Ἡσίοδος ἐγραψάτην.*

mam vim et dignitatem inesse. Quod silentium circa res divinas versatur, ex quarum natura arcana procedit. Silentio summi dei natura celsa et subtilis agnoscitur atque colitur. Ad occultationem denique mysticam provocat philosophus, ut religiones populi a placitis suis philosophicis non abhorrere, sed velamine altiores sententias tegere probet. Sed quamquam silentium, quale Porphyrius usurpat, indolem philosophicam numquam penitus exuit, tamen interdum in disciplinam externam et in praeceptum religionis vertitur. Ideo De abstin. II 36 caute dicit: *Ἐμοὶ δὲ τὰ μὲν ἄλλα* (de sacrificiis agitur) *εὔστομα κείσθω, ἃ δ᾽ οὖν τῶν Πλατωνικῶν τινες ἐδημοσίευσαν, ταῦτα ἀνεμέσητον παρατιθέντα τοῖς εὐξυνέτοις μηνύειν τὰ προκείμενα.* Ibid. IV 13 auctore Flavio Josepho (De bello Iud. II § 141 sq.) Essaeos summis laudibus effert, qui iureiurando interposito se numquam, etiamsi mors immineat, sectae secreta pervulgaturos esse promittant. Cf. etiam Quaest. Homer. ad Odyss. pert. *γ* 332 p. 39, 1 sq. Schr.: *Καὶ ὅτι τὰ μυστικὰ καὶ θεοῖς ἁρμόζοντα οὐ χρὴ πρὸς τοὺς ἀμυήτους καὶ ἰδιώτας λέγειν ἀνθρώπους.* Alia testimonia supra p. 117 sq. collegimus.

Quae philosophus Tyrius de silentio Pythagorico litteris mandavit, cum non suo ipsius ingenio, sed auctoribus Neopythagoricis debeat, supra, ubi de secta Neopythagoreorum locuti sumus, protulimus. Porphyrium vero non tamquam historicum, sed tamquam philosophum et opinionum Pythagoricarum amantem haec conscripsisse consentaneum est. Pythagoras his temporibus magis magisque exemplar sapientiae reconditae et pietatis mysticae factus est et quasi symbolum eorum, qui a vulgo et ab occupationibus publicis remoti sensui mystico studerent. Porphyrii quoque silentii amor animum philosophi rei mysticae deditum demonstrat. Etiam ubi rationibus ex occultatione mystica petitis sacra Graeca cum decretis philosophiae conciliare conatur, non vulgi et reipublicae sacra conservare et tueri, sed mores et placita Graeca contra Christianorum vim invalescentem defendere studet, ut paucis altioris ingenii viris liceat institutis patriis non derelictis philosophiae et theologiae vacare. Talis utique rerum condicio sodaliciis secretis et occultationi mysticae quam maxime favebat.

Porphyrius cum Plotini altitudine et subtilitate non servata ad praecepta et instituta religiosa et superstitiosa descenderet eaque cum philosophia conciliare studeret, transitum a Plotino ad Iamblichum effecit.

Iamblichus Chalcidensis ex Syria oriundus, *ὁ θεῖος*, eo Porphyrium superavit, quod totum se rebus metaphysicis et divinis dedit [1] et quod magis etiam universa non solum Graecorum sed etiam barbarorum sacra decretis philosophiae accommodare studuit ita, ut philosophia iam evaderet non solum theologia, sed religio et cultus vel, ut ipsius verbo utar, theurgia. Proinde mirum non est, quod Iamblichus non solum silentium mysticum magni fecit, verum etiam saepe ad illud confugit, ut confundendarum religionis et philosophiae studio satisfaceret.

Cum Iamblicho fideles sectatores coniungimus et imprimis Iulianum imperatorem, in quo religio et philosophia plane in unum coaluerunt. Qui cum saepe se omnia Iamblicho, viro summo et admirabili, debere profiteatur, recte eius doctrinam Iamblicho attribuimus. Salutius denique Iamblichi (et Iuliani) decreta in compendium redegit. Praeterea hi auctores in locum deperditorum Iamblichi operum succedunt et lacunas hiantes explent [2].

Ut „ab Iove principium" sumamus, Chalcidensis philosophos qui antecesserunt supergressus ante primum deum ineffabilem alium deum supremum ponit, qui, si fieri potest, magis illo est ineffabilis. Loco quodam, quo se Mercurii Termaximi placita sequi dicit, quae tamen sua facit, haec scribit (De myster.[3] 8, 2): *Πρὸ τῶν ὄντως ὄντων καὶ τῶν ὅλων ἀρχῶν ἔστι θεὸς εἷς, πρότερος καὶ τοῦ πρώτου θεοῦ καὶ βασιλέως, ἀκίνητος ἐν μονότητι τῆς ἑαυτοῦ ἑνότητος μένων.* Haec est *ἡ πάντη ἄρρητος ἀρχή*, quam Iamblicho adscribit Damascius in Plat. Parm. c. 43, I p. 86, 4 sqq. ed. Ruelle, cf.

[1] Cf. C. Prächter *Genethliakon* 142 sqq.

[2] De Iamblichi Vita Pythagorica eodem modo iudicandum est, quo supra p. 124 de Porphyrii Vita Pythagorae iudicavimus.

[3] Liber q. d. de mysteriis etsi eum Iamblichi esse non ab omnibus conceditur, certe eius doctrinam exhibet.

c. 51, I p. 103, 6 sqq. *παντάπασιν ἀπόρρητος*[1]. Cum supra viderimus illos philosophos ex summi dei incognita natura et immobili quiete silentii officium repetere, multo magis Iamblichus illud commendare et postulare debuit[2]. Ideo capite insequenti l. de myst. deum solo silentio colendum esse praedicat: *Τὸ ἓν ἀμερές, ὃν καὶ Εἰκτὼν ἐπονομάζει* (i. e. Mercurius) . . . *ὃ δὴ καὶ διὰ σιγῆς μόνης θεραπεύεται.* Hanc doctrinam si cum philosophis quos adhuc tractavimus comparamus, Iamblichum hoc loco ecstasin et „sacrificium rationale“ (*λογικὴν θυσίαν*), quod identidem commemoravimus, significare intellegimus.

Iulianus[3] quoque imperator oratione 4 qua Solem Regem celebrat, etsi non de summo deo orationem habet, numen difficulter intellegi et verbis dici non posse contendit p. 131 D—132 A: *Ἔστι μὲν οὖν, εὖ οἶδα, χαλεπὸν καὶ τὸ ξυνεῖναι περὶ αὐτοῦ μόνον, . . . φράσαι δὲ ἴσως ἀδύνατον*[4].

Singularem omnino doctrinam de divinarum rerum reticentia a daemonibus custodita et ab omnibus servanda Iamblichus protulit De myster. 6, 7, ut planum faceret, quomodo theurgi in daemones minas iacere possint (denuntiant enim [6, 5] se *τὰ κρυπτὰ τῆς Ἴσιδος ἐκφανεῖν ἢ τὸ ἐν Ἀβύδῳ*

---

[1] Cf. Zeller *Ph. d. Gr.* III $2^4$ 746 n. 2.

[2] Cf. Gregor. Nyss. hom. VII in Ecclesiasten (Migne PG 44, 728 D): *Διὰ τοῦτό μοι δοκεῖ τὸ σιγᾶν προτετάχθαι· τοῦτ᾽ ἔστι διότι τὸ ὑπὲρ πᾶν ἐκεῖνο νόημά τε καὶ ὄνομα . . . πάσης ἑρμηνευτικῆς φωνῆς ἐστιν ὑψηλότερον. Ὅπερ ὁ φιλονεικῶν ὑπὸ τὴν τοῦ λόγου σημασίαν καθέλκειν λανθάνει πλημμελῶν εἰς τὸ θεῖον. Τὸ γὰρ ὑπὲρ πᾶν εἶναι πεπιστευμένον καὶ ὑπὲρ λόγον πάντως ἐστίν. Ὁ δὲ λόγῳ διαλαμβάνειν ἐπιχειρῶν τὸ ἀόριστον οὐκέτι δίδωσι τὸ ὑπὲρ πᾶν εἶναι ἐκεῖνο, ᾧ ἀντεξάγει τὸν ἴδιον λόγον* (ed. *ἐκεῖνο ὃ ἀ., τ. ἴ. λ.*), *τοιοῦτόν τε καὶ τοσοῦτον εἶναι οἰόμενος, οἷον καὶ ὅσον εἰπεῖν ὁ λόγος ἐχώρησεν, οὐκ εἰδὼς ὅτι ἐν τῷ πεπεῖσθαι ὑπὲρ γνῶσιν εἶναι τὸ θεῖον, ἐν τούτῳ ἡ θεοπρεπὴς περὶ τοῦ ὄντως ὄντος φυλάσσεται ἔννοια.*

[3] Iulianus Iamblichum in omnibus fere sequitur; cf. or. 7 p. 217 B: *Ἑπόμενοι νέοις ἴχνεσιν ἀνδρός, ὃν ἐγὼ μετὰ τοὺς θεοὺς ἐξ ἴσης Ἀριστοτέλει καὶ Πλάτωνι ἄγαμαι κτλ.* i. e. Iamblichi coll. or. 5 p. 146 A. Ibid. 150 D: *Ἰάμβλιχος, παρ᾽ οὗ καὶ τἆλλα πάντα ἐκ πολλῶν μικρὰ ἐλάβομεν*; cf. etiam 157 CD et R. Asmus *Der Alkibiadeskommentar des Jamblichos als Hauptquelle für Kaiser Julian.* Sitzungsber. der Heidelberger Akad. der Wiss. Phil.-histor. Kl. 1917, 3; praecipue p. 10.

[4] Iulianum hoc loco Platonem (Tim. 28 C) imitari patet.

*ἀπόρρητον δείξειν κτλ.*): *Τῶν ἀπορρήτων μυστηρίων οἱ δαίμονες ἐπιτροπεύουσι τὴν φυλακήν, οὕτω δή τοι διαφερόντως, ὡς ἐνταῦθα πρώτως συνεχομένης τῆς ἐν τῷ παντὶ διακοσμήσεως* [1] . . . *Τέλεια δὲ καὶ ὁλόκληρα διαμένει πάντα, ἐπειδὴ τὰ ἐν Ἀβύδῳ* (ubi Osiridis sepulcrum est) *ἀπόρρητα οὐδέποτε ἀποκαλύπτεται· οἷς οὖν ἔχει τὴν σωτηρίαν τὰ ὅλα (λέγω δὲ ἐν τῷ τὰ ἀπόρρητα κεκρυμμένα ἀεὶ διατηρεῖσθαι καὶ ἐν τῷ τὴν ἄφθεγκτον τῶν θεῶν οὐσίαν μηδέποτε τῆς ἐναντίας μεταλαμβάνειν μοίρας), τοῦτο οὐδ' ἄχρι φωνῆς ἀνεκτόν ἐστι τοῖς περιγείοις δαίμοσιν ἐπακούειν ὡς ἄλλως ἔχον ἢ βέβηλον γιγνόμενον κτλ.* Haec quamquam argumentis philosophicis exornata sunt, aperte ex Aegyptiorum mysteriis quae de Iside et Osiride agebantur originem ducunt (ut verba quoque quae omisi confirmant) [2], sed philosophicam de natura divina ineffabili ideoque verbis non polluenda doctrinam ritibus mysticis subiciunt.

Cum de rebus divinis libere verba facere non liceat, aut silentio omnino premendae aut ratione symbolica vel fabulosa enuntiandae sunt.

Omnino silentium servandum esse saepius contendit Iulianus ut or. 6 p. 187 C: *Ἐγὼ δὲ ὑπὲρ τῶν θεῶν καὶ τῶν εἰς θείαν λῆξιν πορευθέντων εὐφημεῖν ἐθέλων κτλ.* Or. 7 p. 217 D sese de rebus divinis liberius agentem interpellat his verbis: *Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀμφὶ τὸν μέγαν Διόνυσον οὐκ οἶδ' ὅπως ἐπῆλθέ μοι βακχεύοντι μανῆναι.* (218 A) *Τὸν βοῦν δὲ ἐπιτίθημι τῇ γλώττῃ· περὶ τῶν ἀρρήτων γὰρ οὐδὲν χρὴ λέγειν . . . ὑπὲρ δὲ ὧν εἰπεῖν τε καὶ ἀκοῦσαι θέμις καὶ ἀνεμέσητον ἀμφοτέροις ἐστὶ κτλ.* Neque enim omnes nullo delectu habito veritatis divinae capaces sunt: Or. 7 p. 221 D *οὐκ ἐθέλοντι* (mihi) *τὸν κρύφιον ἅμα καὶ φανερὸν θεὸν ὥσπερ ἐν θεάτρῳ προβάλλειν ἀκοαῖς ἀνεξετάστοις καὶ διανοίαις ἐπὶ πάντα μᾶλλον ἢ τὸ φιλοσοφεῖν τετραμμέναις.* Praecipue vulgus arcendum est: Ibid.

[1] De daemonibus, qui sunt *ἐπόπται τῶν ἀνθρωπίνων, οἷς ὁ πάντων ἡγεμὼν θεὸς ἐπέτρεψεν διοίκησιν κόσμου*, cf. Bousset *Gött. Gel. Anz.* 1914, 746.

[2] Di enim Aegyptiorum a nonnullis philosophis daemones esse dicebantur; cf. Cumont *Die oriental. Religionen im röm. Heidentum* 1910, 111 et 271 n. 54.

p. 239 A *οὔτε γὰρ ῥητέον πάντα ἐστίν, αὐτῶν δὲ οἶμαι τούτων, ὧν θέμις φάναι, ἔνια πρὸς τοὺς πολλοὺς σιωπητέον εἶναί μοι φαίνεται.*

Mysticam huius silentii originem et naturam Iulianus ibi potissimum prodit, ubi de mysteriis Mithrae et Magnae Matris Iamblicho auctore philosophatur et silentium philosophicum cum mysteriorum silentio, quo tamquam mysta adstringitur[1], plane confundit. Velut or. 4, quae theologiam solarem exhibet, p. 130 C: *Τούτου δὲ*[2], inquit, *ἔχω μὲν οἴκοι παρ' ἐμαυτῷ τὰς πίστεις ἀκριβεστέρας· ὃ δέ μοι θέμις εἰπεῖν καὶ ἀνεμέσητον*[3] *κτλ.* Solis mystae pauci sunt (p. 131 D): *Ὅστις, ἐπεγνωκὼς ἑαυτὸν τοῦ θεοῦ τοῦδε θεράποντα φύσει, μόνος ἐξ ἁπάντων ἢ ξὺν ὀλίγοις αὐτὸν ἐπιδίδωσι τῇ θεραπείᾳ τοῦ δεσπότου.* Similiter or. 5 quae est de Magna Matre p. 158 D sic exorditur: *Ἆρά γε χρὴ φάναι καὶ ὑπὲρ τούτων; καὶ ὑπὲρ τῶν ἀρρήτων γράψομεν καὶ τὰ ἀνέξοιστα καὶ τὰ ἀνεκλάλητα ἐκλαλήσομεν;* In eadem oratione p. 172 D—173 A iterum rem mysticam cum philosophia miscet: *Εἰ δὲ καὶ τῆς ἀρρήτου μυσταγωγίας ἁψαίμην, ἣν ὁ Χαλδαῖος*[4] *περὶ τὸν ἑπτάκτινα θεὸν ἐβάκχευσεν, ἀνάγων δι' αὐτοῦ τὰς ψυχάς, ἄγνωστα ἐρῶ, καὶ μάλα γε ἄγνωστα τῷ συρφετῷ, θεουργοῖς δὲ τοῖς μακαρίοις γνώριμα· διόπερ αὐτὰ σιωπήσω τανῦν.*

Ante Iulianum Iamblichus non solum silentii disciplinam, qualis in mysteriis et in multis sacris[5] servabatur, et silentium philosophicum, sed etiam utriusque rationes ita miscuit, ut in unum confluerent. De cultus caerimoniis De myster. 1, 11 p. 37, 5 sq. P. haec docentur: *Τῶν γὰρ ἐν τοῖς ἱεροῖς ἑκάστοτε ἐπιτελουμένων τὰ μὲν ἀπόρρητόν τινα καὶ κρείττονα λόγου τὴν αἰτίαν ἔχει.* Cf. etiam 3, 11 p. 125, 13 sqq.: Sacerdos Apollinis Clarii *πρὸ τοῦ πίνειν . . . ἐν ἱεροῖς τισιν ἀβάτοις τῷ πλήθει καθ' ἑαυτὸν ἀνακεχώρηκεν . . . καὶ διὰ τῆς ἀποστάσεως καὶ ἀπαλλαγῆς τῶν ἀνθρωπίνων πραγμάτων*

---

[1] Iulianus mysteriis Mithrae initiatus erat; cf. or. 4 p. 155 BC; 336 C.

[2] I. e. me esse *ὀπαδὸν Ἡλίου*, mystam Mithrae. [3] Ex Plat. Conv. p. 195 A.

[4] Ad Iulianum theurgum dudum revocarunt hunc locum; cf. G. Kroll, De orac. Chald. 17.

[5] Sacra omnia publica et privata, cum apud Iamblichum speciem mysticam induant, mysteriis iam adnumeramus.

*ἄχραντον ἑαυτὸν εἰς ὑποδοχὴν τοῦ θεοῦ παρασκευάζει* (en ratio non ex ipso cultu, sed ex re mystica proveniens). Et in cultu et in theologia rerum divinarum sanctitatem et maiestatem silentii et occultationis mysticae causam esse doctrina Iamblichi est. Velut De myster. 7, 4 Porphyrio, quid sibi velint nomina nihil significantia[1] (*τὰ ἄσημα ὀνόματα*; vel etiam barbara, cf. c. 5) in theurgia usurpata, quaerenti respondetur: *Τὰ δὲ οὐκ ἔστιν ἄσημα, ὃ σὺ νενόμικας· ἀλλ' ἡμῖν μὲν ἄγνωστα ἔστω ἢ καὶ γνωστὰ ἔνια, περὶ ὧν παρεδεξάμεθα τὰς ἀναλύσεις παρὰ θεῶν, τοῖς μέντοι θεοῖς πάντα σημαντικά ἐστιν οὐ κατὰ ῥητὸν τρόπον . . . ἀλλ' ἤτοι νοερῶς . . .*[2] *Ὅσπερ δέ ἐστιν ὁ νοερὸς καὶ θεῖος τῆς θείας ὁμοιότητος συμβολικὸς χαρακτήρ, τοῦτον ὑποθετέον ἐν τοῖς ὀνόμασι. Καὶ δὴ κἂν ἄγνωστος ἡμῖν ὑπάρχῃ, αὐτὸ τοῦτό ἐστιν αὐτοῦ τὸ σεμνότατον· κρείττων γάρ ἐστιν ἢ ὥστε διαιρεῖσθαι εἰς γνῶσιν.* Verba igitur eo ipso, quod occulta sunt, sanctitatem rerum divinarum augent.

Nomina nihil significantia vel barbara cum non omnino taceant, sed aliquid dicant, quod non intellegatur, transitum ad sermonem symbolicum (vel fabulosum) efficiunt. De silentio mystico quod symbolis et fabulis constat, cum multo magis quam silentium altum ad quaerendum et disputandum ansam praebeat, Iamblichus eiusque schola largam et plane perfectam absolutamque doctrinam theologicam protulere.

Et primum quidem symbola pro specie silentii haberi apparet vel ex l. de myster. 1, 11, ubi post sacra, quae ratione et verbis enuntiari omnino non queant, symbola inducuntur: *Τῶν γὰρ ἐν τοῖς ἱεροῖς ἑκάστοτε ἐπιτελουμένων τὰ μὲν ἀπόρρητόν τινα καὶ κρείττονα λόγου τὴν αἰτίαν ἔχει· τὰ δ' ὡς σύμβολα καθιέρωται ἐξ ἀιδίου τοῖς κρείττοσι· τὰ δ' εἰκόνα*[3] *τινὰ ἄλλην ἀποσῴζει, καθάπερ δὴ καὶ ἡ γενεσιουργὸς φύσις τῶν ἀφανῶν λόγων ἐμφανεῖς τινας μορφώσεις ἀπετυπώσατο.* Symbolorum igitur usus ad naturae exemplum revocatur, quae rationes invisibiles visibilibus imaginibus reddere soleat. Idem argumentum occurrit De myster. 3, 15, ubi etiam clarius sacrorum

[1] Cf. Dieterich *Mithrasliturgie* 39.

[2] Cf. quae supra p. 104 de duplici lingua alchemistarum diximus.

[3] De symbolorum et imaginum discrimine cf. infra p. 148.

divinorum symbola partim loqui partim silere dicuntur: Daemones generationi praefecti (*γενεσιουργοί*) in extispiciis *συμβολικῶς τὴν γνώμην τοῦ θεοῦ ἐμφαίνουσι καὶ τὴν τοῦ μέλλοντος προδήλωσιν καθ' Ἡράκλειτον* (Fr. 93 Diels.) *οὔτε λέγοντες οὔτε κρύπτοντες ἀλλὰ σημαίνοντες, ἐπειδὴ τῆς δημιουργίας τὸν τρόπον ἀποτυποῦσι διὰ τῆς προδηλώσεως. Καθάπερ οὖν δι' εἰκόνων γεννῶσι πάντα, καὶ σημαίνουσιν ὡσαύτως διὰ συνθημάτων*[1], *ἴσως δὲ καὶ τὴν ἡμετέραν σύνεσιν ἀπὸ τῆς αὐτῆς ἀφορμῆς εἰς ὀξύτητα πλείονα ἀνακινοῦσι*[2]. Pluribus verbis doctrina de symbolis ex naturae et rationis qua mundus a dis factus est imitatione ortis explicatur De myster. 7, 1: *Πρότερον δή σοι βούλομαι τῶν Αἰγυπτίων τὸν τρόπον τῆς θεολογίας διερμηνεῦσαι· οὗτοι γὰρ τὴν φύσιν τοῦ παντὸς καὶ τὴν δημιουργίαν τῶν θεῶν μιμούμενοι καὶ αὐτοὶ τῶν μυστικῶν καὶ ἀποκεκρυμμένων καὶ ἀφανῶν νοήσεων εἰκόνας τινὰς διὰ συμβόλων ἐκφαίνουσιν, ὥσπερ καὶ ἡ φύσις τοῖς ἐμφανέσιν εἴδεσι τοὺς ἀφανεῖς λόγους διὰ συμβόλων τρόπον τινὰ ἀπετυπώσατο, ἡ δὲ τῶν θεῶν δημιουργία τὴν ἀλήθειαν τῶν εἰδῶν διὰ τῶν φανερῶν εἰκόνων ὑπεγράψατο. Εἰδότες οὖν χαίροντα πάντα τὰ κρείττονα ὁμοιώσει τῶν ὑποδεεστέρων καὶ βουλόμενοι αὐτὰ ἀγαθῶν οὕτω πληροῦν διὰ τῆς κατὰ τὸ δυνατὸν μιμήσεως, εἰκότως καὶ αὐτοὶ τὸν πρόσφορον αὐτοῖς τρόπον τῆς κεκρυμμένης ἐν τοῖς συμβόλοις μυσταγωγίας προφέρουσιν.* Sicut di rationes aeternas et intelligibiles et absconditas olim imaginibus corporalibus condidere, quia, qua sunt benignitate, res terrestres divinis, etsi non pares, certe similes esse voluerunt, ita nunc modo ingenio humano apto nos per symbola et imagines res divinas et secretas docent. Quae symbola ex rei natura veritatem quae eis subest partim ostendunt partim tegunt[3]. Haec est illa *συμβολικὴ διδαχή*

[1] I. e. *συμβόλων*.

[2] Heracliti sententiam ad oracula refert oraculisque quaerendi studium accendi dicit Iamblichus in fr. servato apud Stob. Flor. II 18, 20 sqq. W.: *Ἐκ τῆς Ἰαμβλίχου ἐπιστολῆς πρὸς Δέξιππον περὶ διαλεκτικῆς . . . Ὡς δὲ τὰ ἔργα αὐτὰ δείκνυσιν, αὐτὸς ὁ ἐν Δελφοῖς θεὸς οὔτε λέγων οὔτε κρύπτων ἀλλὰ σημαίνων τὰς μαντείας, ἐγείρει πρὸς διαλεκτικὴν διερεύνησιν τοὺς ἐπηκόους τῶν χρησμῶν κτλ.*

[3] Quis non reminiscatur illius Straboniani: *Ἡ κρύψις ἡ μυστικὴ μιμεῖται τὴν φύσιν κτλ.*?

vel σ. *μυσταγωγία*, quae De myst. 7, 3 commemoratur. Et nunc iam melius intellegimus, quid sibi velint verba De myst. 1, 21 omnem cultum naturam rerum divinarum imitatione exprimere docentia: (*Πᾶσα ἁγιστεία καὶ κατὰ νόμους ἱερατικοὺς θεραπεία) μιμεῖται τὴν τῶν θεῶν τάξιν, τήν τε νοητὴν καὶ τὴν ἐν οὐρανῷ. Ἔχει δὲ μέτρα τῶν ὄντων ἀίδια καὶ συνθήματα* (ita Galeus loco *ἐνθ.*) *θαυμαστά, οἷα ἀπὸ τοῦ δημιουργοῦ καὶ πατρὸς τῶν ὅλων δεῦρο καταπεμφθέντα, οἷς καὶ τὰ μὲν ἄφθεγκτα διὰ συμβόλων ἀρρήτων ἐκφωνεῖται, τὰ δὲ ἀνειδέα κρατεῖται ἐν εἴδεσι, τὰ δὲ πάσης εἰκόνος κρείττονα δι' εἰκόνων ἀποτυποῦται κτλ.* Hoc loco animadvertas velim res divinas, quatenus *ἄφθεγκτοι* sunt, symbolis enuntiari, sicut deum *ἄρρητον* silentio coli supra vidimus. Praeterea animadvertendum symbola, quia res secretas continent et enuntiare tentant, ipsa nominari *ἀπόρρητα.* Ergo caerimoniae cultus ipsae sunt symbola. Ideo 2, 11 actiones theurgicae eodem modo quo symbola *ἄρρητοι* vel *ἄφθεγκτοι* dicuntur: *Ἡ τῶν ἔργων τῶν ἀρρήτων καὶ ὑπὲρ πᾶσαν νόησιν θεοπρεπῶς ἐνεργουμένων τελεσιουργία ἥ τε τῶν νοουμένων τοῖς θεοῖς μόνοις συμβόλων ἀφθέγκτων δύναμις ἐντίθησι τὴν θεουργικὴν ἕνωσιν.* Eadem significatione vox *ἄρρητος* 4, 2 accipienda est: Sacerdos *περιβάλλεταί πως διὰ τῶν ἀπορρήτων συμβόλων τὸ ἱερατικὸν πρόσχημα*; 6, 6 (ubi iterum de divina sacerdotis dignitate sermo est) *ὁ θεουργὸς διὰ τὴν δύναμιν τῶν ἀπορρήτων οὐκέτι ὡς ἄνθρωπος . . . ἐπιτάττει τοῖς κοσμικοῖς*[1] . . . *διὰ τὴν πρὸς θεοὺς ἕνωσιν, ἣν παρέσχεν αὐτῷ τῶν ἀπορρήτων συμβόλων ἡ γνῶσις.* Ultima vox argumento est symbola non omnibus nota esse, sed solis theurgis.

Symbola cum veritatem tegant, interpretationis indigent (7, 2): *Ἄκουε δὴ οὖν καὶ σὺ κατὰ τὸν τῶν Αἰγυπτίων νοῦν τὴν τῶν συμβόλων νοερὰν διερμήνευσιν, ἀφεὶς μὲν τὸ ἀπὸ τῆς φαντασίας καὶ τῆς ἀκοῆς εἴδωλον αὐτῶν τῶν συμβόλων, ἐπὶ δὲ τὴν νοερὰν ἀλήθειαν ἑαυτὸν ἐπαναγαγών.* In capitibus quae sequuntur nonnulla symbola *νοερῶς* explicantur i. e. ad res divinas referuntur. Aegyptios enim non contentos rebus physicis mentem et rationem et purum intellectum supra-

[1] Cf. epistulae Harpocrationis (ed. Graux *Oeuvres* II 99 sqq.) § 26: Theurgus *προαγαγὼν διὰ τῶν ἀπορρήτων ὀνομάτων τὸν θεὸν κτλ.*

mundanum agnoscere 8, 4 edocemur. Iamblichi igitur allegoria eo cum Porphyriana consentit, quod Stoicam rationem Platonicae miscet, sed ita, ut praevaleat haec, et verum silentium mysticum per symbola servari concedit; a Porphyrio tamen discedit, cum symbola turpia, ut videbimus, non repudiet.

Sermo igitur symbolicus, qui non plenam sed ambiguam et obscuram lucem spargit, naturam divinam imitatur, quae maiestatis suae imagines imperfectas materia splendoris divini non capaci condidit. Eodem modo symbola veritatem quae est de dis partim ostendunt partim operiunt et animum humanum ut in doctrinam adumbratam altius inquirat incendunt.

Ad Iulianum aliosque scholae Iamblicheae philosophos transgressi eos eadem, quae Iamblichus de symbolis, de fabulis docere animadvertimus. Symbolum et fabula his idem fere valent.

Caesar philosophus or. 7, ut mythos contra Cynicos, qui male eis utantur, defendat, (p. 205 B) disputat *πρῶτον μὲν ὅτι τῷ κυνὶ λόγους μᾶλλον ἢ μύθους προσήκει γράφειν, εἶτα ὁποίας καὶ τίνας χρὴ ποιεῖσθαι τὰς διασκευὰς τῶν μύθων, εἴ τι ἄρα καὶ φιλοσοφία προσδεῖται τῆς μυθογραφίας*. P. 205 C—206 D ratione Platonica mythis medium locum inter scientiam et ignorantiam concedit eosque *τῆς ἀληθοῦς ἐπιστήμης οἷον εἴδωλα ἄττα* et *ψευδῆ* et infantibus vel aetate vel ingenio aptos vocat [1]. Deinde (215 B—216 C) quaerit, *ὁποίᾳ τινὶ φιλοσοφίᾳ προσῆκον ἡ μυθογραφία*. Orpheus enim, Xenophon, Antisthenes, Plato saepius mythis usi sunt, *ὥσθ' ἡμῖν πέφηνεν, εἰ καὶ μὴ τῷ Κυνικῷ, φιλοσόφῳ γοῦν τινι προσήκειν ἡ μυθογραφία*. Partibus

---

[1] At vero *αἶνος* secundum Iulianum viros decet et veritatem celat, ne audientes irascantur et inimici evadant. Hac ratione Caesar philosophus a communi rhetorum doctrina discrepat, apud quos *αἶνος* non est nisi aliud fabulae iunioribus aptae (*τοῖς νέοις* Hermogenes Rh. gr. II p. 3, 1 Sp. 1, 3 Rabe.) nomen: Theo Progymn. II 73, 24 sqq. Sp. *προσαγορεύουσιν δὲ αὐτοὺς τῶν μὲν παλαιῶν οἱ ποιηταὶ μᾶλλον αἴνους, οἱ δὲ μύθους*, alii *λόγους* . . . *Εἴρηται* . . . *αἶνος, ὅτι καὶ παραίνεσίν τινα περιέχει.* Ab his fabulis, quales sunt praecipue Aesopi fabulae, rhetores distinguebant fabulas philosophicas: Nicolaus Neoplatonicus Progymn. p. 7, 4 sqq. Felten. *εἰσὶ δέ τινες μῦθοι καὶ ἐκ θεῶν συγκείμενοι, οἷόν ἐστιν 'ἡ Ἥρα συνῴκει τῷ Διί', οὓς φιλοσοφίᾳ μᾶλλον προσήκειν οἴομαι· ἐκείνης γάρ ἐστιν εὐκρινεῖν τὰς ἀλληγορίας τὰς ἐν αὐτοῖς κτλ.* De his potissimum Iulianus verba facit.

dein philosophiae enumeratis *τούτων δὴ τῶν μερῶν*, pergit, *οὔτε τῷ λογικῷ προσήκει τῆς μυθογραφίας οὔτε τοῦ φυσικοῦ τῷ μαθηματικῷ, μόνον δὲ εἴπερ ἄρα τοῦ πρακτικοῦ τῷ πρὸς ἕνα γινομένῳ* (i. e. doctrinae morali) *καὶ τοῦ θεολογικοῦ* (quod rei physicae partem constituit) *τῷ τελεστικῷ καὶ μυστικῷ*. Causam statim addit: *Φιλεῖ γὰρ ἡ φύσις κρύπτεσθαι* (Heracl. fr. 123 Diels., quod huic rei argumento esse saepe iam vidimus), *καὶ τὸ ἀποκεκρυμμένον τῆς τῶν θεῶν οὐσίας οὐκ ἀνέχεται γυμνοῖς εἰς ἀκαθάρτους ἀκοὰς ῥίπτεσθαι ῥήμασιν*. Eadem igitur ratio, qua alias altum silentium fulcitur, iam sermonis symbolici necessitati argumento est, id quod fabulas silentii causa adhiberi aperte confirmat[1]. Hoc silentium recte vocari mysticum sermo fabulosus cum mysteriorum theologia coniunctus probat. Cum vero Iulianus mysteriis theologiam adscribit, iterum, sicut iam supra observavimus, philosophicam (vel theologicam) considerationem ritibus et caerimoniis sacris miscet.

Salutius[2] philosophus in libello temporibus et fortasse iussu Iuliani conscripto, cui Leo Allatius primus editor (1638) titulum imposuit *Περὶ θεῶν καὶ κόσμου*, scholae Iamblicheae sicut universam theologiam ita etiam de fabulis doctrinam in compendium redegit. Similiter atque Iulianus disputans, num philosophum deceat fabulis uti et cuinam generi philosophiae conveniant, ad veteres provocat (c. 3): *Καὶ γὰρ τῶν ποιητῶν οἱ θεόληπτοι καὶ τῶν φιλοσόφων οἱ ἄριστοι οἵ τε τὰς τελετὰς καταδείξαντες καὶ αὐτοὶ δὲ ἐν χρησμοῖς οἱ θεοὶ μύθοις ἐχρήσαντο.* Iam animadvertimus fabulas res divinas maxime decere. C. 4 ut suum cuique philosophiae generi fabulae genus attribuat, fabularum quinque species inducit: *Τῶν δὲ μύθων οἱ μέν εἰσι θεολογικοί, οἱ δὲ φυσικοί, οἱ δὲ ψυχικοί τε καὶ ὑλικοί, καὶ ἐκ τούτων μικτοί.* Hanc vero partitionem non ad solas

---

[1] Cf. Iulian. c. Christianos I 94 A p. 169 Neumann. de Iudaeorum fabulis: *Εἰ μὴ μῦθος ἔχων θεωρίαν ἀπόρρητον εἴη κτλ.*

[2] De nomine Salutii cf. O. Seeck *Die Briefe des Libanius* = T. u. U. XXX (1906) 265 sqq.; Fr. Cumont libellum eius vocat „*catéchisme officiel de l'empire paien*" *Revue de philol.* XVI (1892) 55; E. Passamonti *La dottrina dei Miti di Sallustio filosofo neoplatonico* (Rendiconti della Reale Acc. dei Lincei V 1 (1892) 647—651; cf. etiam 722—725) nihil novi attulit. — Nos adhibuimus editionem Orellianam a. 1821.

fabulas, sed ad earum interpretationem potissimum pertinere apparet ex eo, quod statim eandem fabulam pluribus modis explicat. Fabula (et interpretatio) theologica ad naturam divinam spectat, physica ad ea, quae di circa mundum operantur, „animalis" ad mentis actiones; „materialis", qua maxime stulti Aegyptii delectantur, corpora deos esse existimat; mixta denique qualis sit ipsa vox prodit. Notandum est allegoriam „materialem", quam Neoplatonicus respuit, eandem videri esse quam veteres Stoici physicam vocabant eamque iisdem argumentis impugnari, quibus Plutarchus illam profligavit. Dicit enim Sal. c. 4: *Ταῦτα* (corpora) *δὲ ἀνακεῖσθαι μὲν θεοῖς λέγειν . . . σωφρονούντων ἐστὶν ἀνθρώπων, θεοὺς δὲ καλεῖν μαινομένων.* Haec attulimus, ut iterum probemus Neoplatonicos „theologicam" (cuius partem apud eos constituit „physica") allegoriam Stoica postposita et illi tamquam potiori submissa maxime amplexos esse, quae silentium verum agnoscit.

Salutius pergit: *Πρέπουσι δὲ τῶν μύθων οἱ μὲν θεολογικοὶ φιλοσόφοις, οἱ δὲ φυσικοὶ καὶ ψυχικοὶ ποιηταῖς, οἱ δὲ μικτοὶ τελεταῖς, ἐπειδὴ καὶ πᾶσα τελετὴ πρὸς τὸν κόσμον ἡμᾶς καὶ πρὸς τοὺς θεοὺς συνάπτειν ἐθέλει.* Iam vides mixtum illud et fabulae et interpretationis genus, quod mysteriis convenire dicitur, physicam (*κόσμον*) et theologicam (*θεούς*) et „animalem" (*ἡμᾶς*) continere allegoriam materiali i. e. Stoica reiecta. Ergo rem mysticam sola allegoria Platonica decet, quam cum silentio coniunctam esse saepius docuimus. Silentium igitur fabularum vere est mysticum.

Ultimam fabularum causam Salutius aperit c. 3: *Ἐπεὶ τοίνυν πάντα τὰ ὄντα ὁμοιότητι μὲν χαίρει, ἀνομοιότητα δὲ ἀποστρέφεται, ἐχρῆν καὶ τοὺς περὶ θεῶν λόγους ὁμοίους εἶναι ἐκείνοις· ἵνα τῆς τε οὐσίας αὐτῶν ἄξιοι γίνωνται καὶ τοῖς λέγουσι τοὺς θεοὺς ποιῶσιν εὐμενεῖς, ὅπερ καὶ διὰ τῶν μύθων μόνως ἂν γένοιτο. Αὐτοὺς μὲν οὖν τοὺς θεοὺς κατὰ* [τε][1] *τὸ ῥητόν τε καὶ ἄρρητον, ἀφανές τε καὶ φανερόν, σοφόν*[2] *τε καὶ κρυπτόμενον οἱ μῦθοι μιμοῦνται καὶ*[3] *τὴν τῶν θεῶν ἀγαθότητα· ὅτι ὥσπερ ἐκεῖνοι τὰ μὲν ἐκ τῶν αἰσθητῶν ἀγαθὰ*

---

[1] *Τε* deest in cod. Ambros. et Barber.; cf. G. Muccio *Studi ital.* III (1895) 28. [2] *Σαφές* proposuit Orellius in adnot.

[3] *Καὶ* add. Orellius ibid.

κοινὰ πᾶσιν ἐποίησαν, τὰ δὲ ἐκ τῶν νοητῶν μόνοις τοῖς ἔμφροσιν, οὕτως οἱ μῦθοι τὸ μὲν εἶναι θεοὺς πρὸς ἅπαντας λέγουσι, τίνες δὲ οὗτοι καὶ ὁποῖοι τοῖς δυναμένοις εἰδέναι. Καὶ τὰς ἐνεργείας δὲ μιμοῦνται τῶν θεῶν. Ἔξεστι γὰρ καὶ τὸν κόσμον μῦθον εἰπεῖν, σωμάτων μὲν καὶ χρημάτων ἐν αὐτῷ φαινομένων, ψυχῶν δὲ καὶ νοῶν κρυπτομένων. Fabulae naturam divinam eo imitantur, quod ea quae vera sunt partim enarrant partim reticent; benignitatem insuper divinam exprimunt, cum suum cuique scientiae modum largiantur; operationes quoque deorum aemulantur, cum mundus ipse, divinarum manuum opus, virtutes invisibiles visibilibus rebus tectas servet.

Quaerendum iam est, quam vim fabulae in animos audientium exerceant.

Et primum quidem narratio fabulosa arcet profanos et impedit, quominus promiscue omnes facili labore nudam veritatem aspiciant. Iulianus, ut theologo mystico fabulis opus esse demonstret, (or. 7 p. 216 C) τὸ ἀποκεκρυμμένον, scribit, τῆς τῶν θεῶν οὐσίας οὐκ ἀνέχεται γυμνοῖς εἰς ἀκαθάρτους ἀκοὰς ῥίπτεσθαι ῥήμασιν. Fabula vulgus indoctum prohibet, ut ait Salut. c. 3: Ὥσπερ ἐκεῖνοι (di) τὰ μὲν ἐκ τῶν αἰσθητῶν ἀγαθὰ κοινὰ πᾶσιν ἐποίησαν, τὰ δὲ ἐκ τῶν νοητῶν μόνοις τοῖς ἔμφροσιν, οὕτως οἱ μῦθοι τὸ μὲν εἶναι θεοὺς πρὸς ἅπαντας λέγουσι, τίνες δὲ οὗτοι καὶ ὁποῖοι τοῖς δυναμένοις εἰδέναι. Mythi ne veritas divina contemnatur efficiunt, cum id quod parvi emitur tamquam vile despiciatur (ibid.): Τὸ μὲν πάντας τὴν περὶ θεῶν ἀλήθειαν διδάσκειν ἐθέλειν τοῖς μὲν ἀνοήτοις, διὰ τὸ μὴ δύνασθαι μανθάνειν, καταφρόνησιν, τοῖς δὲ σπουδαίοις ῥᾳθυμίαν ἐμποιεῖ· τὸ δὲ διὰ μύθων τἀληθὲς ἐπικρύπτειν τοὺς μὲν καταφρονεῖν οὐκ ἐᾷ κτλ. At fabularum sermo tectus operosae indagationis studium incendit, φιλοσοφεῖν ἀναγκάζει. Ibid.: Καὶ τοῦτο πρῶτον ἐκ τῶν μύθων ⟨ἔστιν⟩[1] ὠφελεῖσθαι, τό γε ζητεῖν καὶ μὴ ἀργὸν τὴν διάνοιαν ἔχειν. Quin quo vehementius ad quaerendum impellunt, eo aptiores sunt fabulae. Propterea res absurdae et dis indignae non reiciendae sunt. Ἀλλὰ διὰ τί, inter-

[1] Ἔστιν inseruit G. Muccio *Studi ital.* VII (1899) 49.

rogat Salutius (c. 3), *μοιχείας καὶ κλοπὰς καὶ πατέρων δεσμοὺς καὶ τὴν ἄλλην ἀτοπίαν ἐν τοῖς μύθοις εἰρήκασιν; Ἢ καὶ τοῦτο ἄξιον θαύματος, ἵνα διὰ τῆς φαινομένης ἀτοπίας εὐθὺς ἡ ψυχὴ τοὺς μὲν λόγους ἡγήσηται προκαλύμματα, τὸ δὲ ἀληθὲς ἀπόρρητον εἶναι νομίσῃ.* Idem censet Iulianus or. 7 p. 217 B sqq. Iamblichum de mythis Orphicis disserentem[1] secutus: *Τὸ γὰρ ἐν τοῖς μύθοις ἀπεμφαῖνον* (res ineptae atque absurdae) *αὐτῷ τούτῳ προοδοποιεῖ πρὸς τὴν ἀλήθειαν. Ὅσῳ γὰρ μᾶλλον παράδοξόν ἐστι καὶ τερατῶδες τὸ αἴνιγμα, τοσούτῳ μᾶλλον ἔοικε διαμαρτύρεσθαι μὴ τοῖς αὐτόθεν λεγομένοις πιστεύειν, ἀλλὰ τὰ λεληθότα περιεργάζεσθαι καὶ μὴ πρότερον ἀφίστασθαι, πρὶν ἂν ὑπὸ θεοῖς ἡγεμόσιν ἐκφανῆ γενόμενα τὸν ἐν ἡμῖν τελέσῃ μᾶλλον δὲ τελειώσῃ νοῦν καὶ εἴ δή τι κρεῖττον ἡμῖν ὑπάρχει τοῦ νοῦ κτλ.* Ut facilius intellegatur, doctrinam rhetoricam[2] aliquantum mutatam ad rem symbolicam accommodat (p. 218 A sqq.): *Πᾶς λόγος ὁ προφερόμενος ἔκ τε λέξεως καὶ διανοίας σύγκειται . . . Ἔστιν ἁπλῆ τις ἐν λόγῳ παντὶ διάνοια, καὶ μέντοι καὶ κατὰ σχῆμα προάγεται . . . Τὸ μὲν οὖν ἓν ἁπλοῦν ἐστι καὶ οὐδὲν δεῖται ποικιλίας, τὸ δ᾿ ἐσχηματισμένον ἔχει διαφορὰς ἐν ἑαυτῷ πολλάς . . . Τούτων δὴ τῶν κατὰ διάνοιαν σχημάτων ἁρμόττει τῷ μύθῳ τὰ πλεῖστα;* nunc loquendum est *ὑπὲρ δυοῖν, τοῦ τε σεμνοῦ κατὰ τὴν διάνοιαν καὶ τοῦ ἀπεμφαίνοντος. Τὰ δὲ αὐτὰ ταῦτα καὶ περὶ τὴν λέξιν γίνεται. Ἡ λέξις* oportet sit *σεμνή, σώφρων, καλή, τοῖς θεοῖς πρεπωδεστάτη,* nihilque contineat *αἰσχρῶν καὶ βλασφήμων καὶ δυσσεβῶν* eqs. *Τὸ δὲ κατὰ τὴν διάνοιαν ἀπεμφαῖνον τοῦ χρησίμου γιγνόμενον χάριν ἐγκριτέον, ὡς ἂν μή τινος ὑπομνήσεως ἔξωθεν οἱ ἄνθρωποι δεόμενοι, ἀλλ᾿ ὑπὸ τῶν ἐν αὐτῷ λεγομένων τῷ μύθῳ διδασκόμενοι τὸ λανθάνον μῶσθαι*[3] *καὶ πολυπραγμονεῖν ὑφ᾿ ἡγεμόσι τοῖς θεοῖς προθυμηθεῖεν.* P. 222 CD, ubi haec uberius explicat, eo progreditur, ut res absurdas aliquo modo rebus honestis praeferendas esse dicat. Or. 5 p. 170 A—C brevius idem docet: *Οἱ παλαιοὶ τῶν ὄντων ἀεὶ τὰς αἰτίας ἐρευνώμενοι . . . εὑρόντες ἐσκέπασαν αὐτὰς μύθοις παραδόξοις,*

[1] Cf. Zeller *Phil. d. Gr.* III $2^4$, 739 n. 1.

[2] De qua cf. R. Volkmann *Rhetorik der Griechen und Römer*$^2$ 43 sqq.; cf. etiam R. Asmus l. s. c. 54 sq.

[3] Cf. R. Asmus l. s. c. 55 fin.

*ἵνα διὰ τοῦ παραδόξου καὶ ἀπεμφαίνοντος τὸ πλάσμα φωραθὲν ἐπὶ τὴν ζήτησιν ἡμᾶς τῆς ἀληθείας προτρέψῃ.* Hac demum ratione veritatis cognitio hominibus utilitatem affert: ... *τοῖς περιττοῖς* (ita pergit) *κατὰ τὴν φρόνησιν οὕτως ἂν μόνως ἐσομένης ὠφελίμου τῆς περὶ θεῶν ἀληθείας, εἴ τις ἐξετάζων αὐτὴν ὑφ' ἡγεμόσι τοῖς θεοῖς εὕροι καὶ λάβοι, διὰ μὲν τῶν αἰνιγμάτων ὑπομνησθείς, ὅτι χρή τι περὶ αὐτῶν ζητεῖν, ἐς τέλος δὲ καὶ ὥσπερ κορυφὴν τοῦ πράγματος διὰ τῆς σκέψεως εὑρὼν πορευθείη, οὐκ αἰδοῖ καὶ πίστει μᾶλλον ἀλλοτρίας δόξης ἢ τῇ σφετέρᾳ κατὰ νοῦν ἐνεργείᾳ.* Homo igitur, qui fabulis diligenter examinatis ad puram veritatis contemplationem pervenerit, non iam caeca fide, sed proprii intellectus virtute eam possidebit.

Sed cum non omnes ad hunc scientiae apicem perveniant, iis quoque qui minore intellectu praediti sunt fabularum symbola prosunt: Or. 5 p. 170 B *τοῖς ἰδιώταις ἀρκούσης τῆς ἀλόγου καὶ διὰ τῶν συμβόλων μόνων ὠφελείας.* Quin etiam symbola in homines ignaros vim quandam magicam exercent: Or. 7 p. 216 CD *ὅπερ δὲ δὴ τῶν χαρακτήρων*[1] *ἡ ἀπόρρητος φύσις ὠφελεῖν πέφυκε καὶ ἀγνοουμένη*[2] *(θεραπεύει γοῦν οὐ ψυχὰς μόνον, ἀλλὰ καὶ σώματα, καὶ θεῶν ποιεῖ παρουσίας), τοῦτ' οἶμαι πολλάκις γίγνεσθαι καὶ διὰ τῶν μύθων, ὅταν εἰς τὰς τῶν πολλῶν ἀκοὰς οὐ δυναμένας τὰ θεῖα καθαρῶς δέξασθαι δι' αἰνιγμάτων αὐτοῖς μετὰ τῆς μύθων σκηνοποιΐας ἐγχέηται.* Ergo fabulae eo ipso quod celant vim magicam induunt, et silentium quodammodo instrumentum est, quo inferioris notae homines veritatis divinae particulam suam faciant.

Silentium mysticum doctrinae Iamblicheae medullam pervadit. A summo deo usque ad infimam caerimoniam nihil est, quod non aliquo modo ad silentium referatur. Neque haec silentii ratio rebus extrinsecus pro libidine addita est, sed ex

---

[1] Sunt litterae magicae: cf. Iambl. De myster. 3, 13 sq. Nonnulla Procli de characteribus testimonia affert Ios. Kroll *Lehren des Hermes Trismegistos* 93, ex quibus characteres etiam symbolorum nomen habuisse apparere videtur. Cf. etiam R. Asmus l. s. c. 52.

[2] Cf. De myster. 2, 11: *Οὐδὲ ἡ ἔννοια συνάπτει τοῖς θεοῖς ... ἀλλ' ἡ τῶν ἔργων τῶν ἀρρήτων .. ἥ τε τῶν νοουμένων τοῖς θεοῖς μόνοις συμβόλων ἀφθέγκτων δύναμις ἐντίθησιν τὴν θεουργικὴν ἕνωσιν.*

rerum natura exsurgit. De rebus divinis et metaphysicis hoc probare supervacaneum est, cum Iamblichus eiusque discipuli saepius ad argumentum naturae divinae mentem humanam excedentis et seipsam abscondentis provocaverint. At vero omnes aliae res a Iamblicho artissime cum rebus divinis coniunguntur ita, ut nisi in illis causam et finem non habeant. Propterea omnes illae mysticae rerum divinarum dignitatis participes sunt et eodem modo quo illae silentio colendae. Sic toti theologiae mysticus color offunditur. Qua cum re bene concordat, quod Iamblichi theologia non tam cognitionem quam contemplationem rerum divinarum hominumque cum iis unionem se largituram esse promittit vel, ut nostro loquendi modo utar, quod „mystica" est.

Sed etiam ultra progressus est Chalcidensis. Neque enim solum universam philosophiam rei mysticae subiecit, sed etiam ritibus et caerimoniis sacris initiationum atque ceterarum populi religionum talem sensum subdidit, ut omnes iam theosophiae eius mysticae inservirent. Iam vero haec „theurgia", quae theologiae finibus se non continet, sed sacrificiis incantationibus aliis caerimoniis hominem cum dis coniungit, non est theologia, sed religio, quin, cum Iamblichus omnia placita sua mystico protegat velamine, m y s t e r i u m vel i n i t i a t i o, eiusque theologia in mysteriorum *ἱερὸν λόγον* abit. Iam intellegimus, quomodo Iuliani, id quod supra observavimus, theologia cum mysteriorum Mithrae placitis plane in unum coalescere potuerit [1].

Hac porro ratione silentium mysticum quasi orbe expleto ad originem unde processerat reduci videtur. Quod enim ab orgiis sacris mille fere annis ante ad philosophiam transmigraverat, iam ad mysteria revertit. Sed magnum inter antiqua mysteria et Neoplatonica discrimen hiat. Velut, ut alia omittam, Eleusine Cereris et Proserpinae dearum sacra agebantur; nunc omnes Graecorum et barbarorum religiones receptae sunt. Mystae Eleusinii nulla quae vere dici potest doctrina imbuebantur; Neoplatonica theologia nihil excultius

[1] Cf. Mau *Die Religionsphilosophie K. Julians in seinen Reden auf König Helios und die Göttermutter* 1908, 119 sqq.

cogitari potest. Orgiis Eleusiniis homines se post mortem feliciore apud inferos sorte fruituros esse sperabant; theosophi iam plenam et ineffabilem cum summo deo unionem pollicentur. Ibi sola sacrarum rerum reticentia imperatur; hic silentium altum non solum oris, sed etiam mentis magnum obtinet locum. In telesterio dearum tenuia quaedam initia rei mysticae. in scholis Neoplatonicis theologiae mysticae amplum aedificium exstructum conspicimus. Hac tamen re orbis volutus in idem redit, quod hinc et illinc silentium magni habetur et ob *τὸ τῶν θεῶν σέβας* servatur et institutis mysticum colorem aspergit.

Ex hac indole silentii mystici Neoplatonicorum facile apparet eos propensos fuisse, qui societatis secretae parietibus se cingerent, id quod supra (p. 116) observavimus. Et re vera Neoplatonicos quarto p. Chr. n. saeculo speciem quasi quandam sodalitatis secretae constituisse. certe placita sua curiose occultasse Eunapii Vitae sophistarum demonstrant[1]. Velut p. 20 Boisson. haec scribit: *Αἰδέσιος ἐγένετο μικρὸν ἀποδέων Ἰαμβλίχου, πλὴν ὅσα γε εἰς θειασμὸν*[2] *Ἰαμβλίχου φέρει. Τούτων γὰρ οὐδὲν εἴχομεν ἀναγράφειν, ὅτι τὸ μὲν ἐπέκρυπτεν ἴσως Αἰδέσιος αὐτὸς διὰ τοὺς χρόνους (Κωνσταντῖνος γὰρ ἐβασίλευε, τά τε τῶν ἱερῶν ἐπιφανέστατα καταστρέφων καὶ τὰ τῶν Χριστιανῶν ἀνεγείρων οἰκήματα), τὰ δὲ ἴσως καὶ τὸ τῶν ὁμιλητῶν ἄριστον πρὸς μυστηριώδη τινὰ σιωπὴν καὶ ἱεροφαντικὴν ἐχεμυθίαν ἐπιρρεπὲς ἦν καὶ συνεκέκλιτο. Ὁ γοῦν ταῦτα γράφων ἐκ παιδὸς ἀκροατὴς Χρυσανθίου γενόμενος μολις εἰς εἰκοστὸν ἔτος ἠξιοῦτο τῶν ἀληθεστέρων. οὕτω μέγα τι χρῆμα εἰς ἡμᾶς τῆς Ἰαμβλίχου φιλοσοφίας διετάθη καὶ συμπαρέτεινε.* Ergo etiam si quis sapientiae Platonicae professores audiebat, non statim altioris doctrinae Iamblicheae particeps efficiebatur, eius certe doctrinae, quae ad theurgiam[3] faciebat. De Prisco Eunapius p. 65 refert: *Κρυψίνους τε ἦν ἄγαν καὶ βαθυγνώμων . . . ὡς θησαυρόν γέ τινα ἐφύλαττε τὰ δόγματα, καὶ τοὺς εὐκόλως περὶ αὐτῶν προϊε-*

[1] De Ammonii discipulis aliquamdiu magistri doctrinam celantibus cf. supra p. 116 sq.; de Plotini et aliorum sermone obscuro et tecto p. 114 n. 1 locuti sumus. [2] I. e. actiones theurgicas miracula vaticinia.

[3] Cf. Eunap. p. 10: *Τὸ θεουργὸν τελεταῖς ἀφείσθω καὶ μυστηρίοις.*

*μένους φωνὴν ἀσώτους ἔφασκεν.* Quod silentium certe non ex sola cautione philosophorum insidias Christianas pertimescentium, sed ex sensu mystico maxime originem ducebat.

Quae philosophi Graeci post Iamblichum de silentio docuerunt, nihil iam novi addunt, sed antiquiora iterant. Sed ne scientiae Graecae exitum despexisse videamur, gravissima ex iis, quae Neoplatonici Romani et Athenienses de silentio disputaverunt, atteximus, praesertim cum Procli copiosa tractatio antiquiorum decretis lucem quandam afferat[1].

[1] Synesii, qui in philosophia Iamblichum sequebatur, hic praecipua de silentio testimonia colligimus, quia, etsi non quod ad rem, certe quod ad formam attinet, novi aliquid afferunt. De providentia II 4 p. 123 C (Migne PG 66, 1272): *Τὰ μὲν ἀμφὶ Τυφῶνα ταῦτα· ῥητὰ γὰρ πάντα. Τί γὰρ ἂν γένοιτο περὶ χθονίαν φύσιν ἱερὸν καὶ ἀπόρρητον; ἱερολογεῖται δὲ καὶ τεθείασται τὰ Ὀσίριδος, ὥστε κίνδυνος περιβάλλεσθαι πρὸς τὴν διήγησιν.* Synesius nescire videtur silentium mysticum a deorum inferorum cultu initium sumpsisse. Ibid. II 5, 124 AB (PG 66, 1272): *Μέχρι τούτων ἀποτετολμήσθω τὰ Ὀσίριδος· τὰ δὲ ἐντεῦθεν εὔστομα κείσθω, φησί τις* (Herod. II 171), *εὐλαβῶς ἱερολογίας ἁψάμενος. Τὰ πρόσω θρασείας ἂν γένοιτο γνώμης καὶ γλώττης, ἃ εὔφημα ἀτρεμείτω, συγγραφαῖς ἀνέπαφα, μὴ „καὶ τίσιν* (= *οἷς* cf. O. Schneider, Callimachea I 422 sq.) *οὐ θέμις ὄμμα βάλῃσιν". Ὅ τε γὰρ ἐκφήνας ὅ τε ἰδὼν νεμεσᾶται παρὰ τοῦ θείου. Καὶ λόγοι Βοιώτιοι τοὺς ἐναλλομένους καὶ ἐποπτεύσαντας ὄργια Διονύσου* (i. e. Penthea; cf. Theocrit. 26) *σπαράττουσιν. Ἀγνωσία σεμνότης ἐστὶν ἐπὶ τελετῶν, καὶ νὺξ διὰ τοῦτο πιστεύεται τὰ μυστήρια* (cf. Eurip. Bacch. 486 *σεμνότητ᾽ ἔχει σκότος*), *καὶ ἄβατα σπήλαια διὰ τοῦτο ὀρύττεται, καιροὶ καὶ τόποι κρύπτειν εἰδότες ἀρρητουργίαν ἔνθεον. Μόνον ἴσως ἐκεῖνο θέμις εἰπεῖν, καὶ λέγομεν, ᾗ δυνάμεθα, παρακαλύπτοντες τὰ ἀβέβηλα, ὅτι κτλ.* Ibid. II 6, 125 D (PG 66, 1274 D): *Ἀλλ᾽ εὐλαβητέον γὰρ ἤδη, μή τι καὶ τῶν ἀρρήτων ἐξορχησώμεθα.* II 8, 129 A (PG 66, 1280 BC): *Οὕτως ᾧ μὲν κοινοῦται θεὸς τὰς παρασκευὰς τῶν ἀποκειμένων ἐν βίῳ τῇ φύσει, προσκυνήσας τὴν τιμὴν μηδὲν ἧττον, εἰ μὴ καὶ μᾶλλον τῶν ἀνηκόων ἐχεμυθείτω. Ὁ γὰρ ἐν ἀγνοίᾳ, στοχάζεται· τὸ δὲ εἰκὸς ἐπὶ πλεῖον χωροῦν, ἀσταθμητότατόν ἐστιν, καὶ περὶ αὐτὸ πλείους οἱ λόγοι· τοῦ δὲ ἀληθοῦς ὥρισται μὲν ἡ γνῶσις, ὥρισται δὲ ὁ λόγος. Ἀλλά τοι καὶ οὗτος ὑπὸ τοῦ σοφοῦ κεκρύψεται, πίστιν τινὰ ταύτην παρακατατιθεμένου θεοῦ. Καὶ γὰρ ἄνθρωποι τοὺς ῥαδιολόγους μισοῦσιν. Ὃν δὲ οὐκ ἀξιοῖ ὁ θεὸς εἶναι μύστην, μήτε προεξαλλέσθω μήτε ὠτακουστείτω.* De insomniis praef. p. 130 AB (PG 66, 1281 B): *Ἀρχαῖον οἶμαι καὶ λίαν Πλατωνικὸν ὑπὸ προσχήματι φαυλοτέρας ὑποθέσεως κρύπτειν τὰ ἐν φιλοσοφίᾳ σπουδαῖα, τοῦ μήτε τὰ μόλις εὑρεθέντα πάλιν ἐξ ἀνθρώπων ἀπόλλυσθαι μήτε μολύνεσθαι δήμοις βεβήλοις ἐκκείμενα.* Symbolorum, qualia in sodaliciis usu veniebant, meminit Dion. 45 C (PG 66,

Macrobium Romanum, etsi non multo post Iamblichi tempora viguit, cum Chalcidensis secta non coniunximus, quia quae ei de silentio mystico placuerunt nonnihil a Iamblichi sententia discrepant. Primum quidem et ipse quaerit, num philosophiae fabularum usus conveniat et quodnam fabularum genus philosophum deceat. In comment. in somn. Scip. I 2, 3 sqq. haec scribit: „Colotes (Epicureus) . . . in librum retulit quae de hoc (i. e. de Ere secundum Plat. resp. l. X a mortuis reverso) amarius cavillatus est. . . . Ait a philosopho fabulam non oportuisse confingi, quoniam nullum figmenti genus veri professoribus conveniret“. Ad haec respondet Macrobius § 6: „Nec omnibus fabulis philosophia repugnat nec omnibus adquiescit“. Fabulas ad meram voluptatem fictas „sapientiae tractatus eliminat.[1] (§ 9) Ex his autem quae ad quandam virtutum speciem intellectum legentis hortantur fit secunda discretio. In quibusdam enim et argumentum ex ficto locatur et per mendacia ipse relationis ordo contexitur, ut sunt illae Aesopi fabulae elegantia fictionis inlustres; at in aliis argumentum quidem fundatur veri soliditate, sed haec ipsa veritas per quaedam composita et ficta profertur, et hoc iam vocatur narratio fabulosa, non fabula, ut sunt caerimoniarum sacra, ut Hesiodi et Orphei quae de deorum progenie actuve narrantur, ut mystica Pythagoreorum sensa referuntur. Ergo ex hac secunda divisione quam diximus a philosophiae libris prior species, quae concepta de falso per falsum narratur, aliena est. Sequens in aliam rursum discretionem scissa dividitur. Nam cum veritas argumento subest solaque fit narratio fabulosa, non unus reperitur modus per figmentum vera referendi. Aut enim contextio narrationis per turpia et indigna numinibus ac monstro similia componitur, ut di adulteri, Saturnus pudenda Caeli patris abscindens et ipse rursus a filio regno potito in vincla coniectus, quod genus totum philosophi nescire malunt; aut sacrarum rerum notio sub pio figmentorum velamine

1129 sq.): *Ἤδη δὲ ἐγὼ κατενόησα καὶ βαρβάρους ἀνθρώπους ἐξ ἀμφοῖν τῶν ἀρίστων γενῶν, θεωρίαν μὲν ὑπεσχημένους . . . καὶ ἦσαν αὐτοῖς σεμναί τε ᾠδαὶ καὶ ἱερὰ σύμβολα κτλ.* Haec certe etiam ad monachos Christianos spectant.

[1] Cf. Nicol. Progymn. supra p. 132 n. 1.

honestis et tecta rebus et vestita nominibus enuntiatur, et hoc est solum figmenti genus, quod cautio de divinis rebus philosophantis admittit." Iam vides hanc doctrinam a Iamblichea multum distare. Cum enim Iamblichus res absurdas et indignas libenter amplectatur, quippe quae mentem humanam plus rebus honestis altiora quaerere cogant, Macrobius eas a limine excludit et non solum nomina (λέξις), sed etiam res (διάνοια) ut honestae sint poscit.

Macrobius pergit quaerere, ad quodnam philosophiae genus fabulas assumere liceat (§ 13 sqq.): „Sciendum est tamen non in omnem disputationem philosophos admittere fabulosa vel licita. Sed his uti solent, cum vel de anima vel de aëriis aetheriisve potestatibus (i. e. de daemonibus) vel de ceteris dis locuntur. Ceterum cum ad summum et principem omnium deum, qui apud Graecos τἀγαθόν, qui πρῶτον αἴτιον nuncupatur, tractatus se audet attollere, vel ad mentem, quem Graeci νοῦν appellant, originales rerum species, quae ἰδέαι dictae sunt, continentem, ex summo natam et profectam deo, cum de his, inquam, locuntur, summo deo et mente, nihil fabulosum penitus attingunt, sed si quid de his adsignare conantur, quae non sermonem tantum modo, sed cogitationem quoque humanam superant, ad similitudines et exempla confugiunt. Sic Plato, cum de τἀγαθῷ loqui esset animatus, dicere quid sit non ausus est, hoc solum de eo sciens, quod sciri quale sit ab homine non possit, solum vero ei simillimum de visibilibus solem repperit et per eius similitudinem viam sermoni suo attollendi se ad non comprehendenda patefecit. Ideo et nullum ei simulacrum, cum dis aliis constituerentur, finxit antiquitas, quia summus deus nataque ex eo mens sicut ultra animam ita supra naturam sunt, quo nihil fas est de fabulis pervenire". Summo igitur deo et menti ex eo profectae narrationes fabulosae non conveniunt, sed silentium altum aut certe „similitudines et exempla"[1] (cf. etiam locus Saturnal. I 7, 18 infra p. 143 afferendus). Hac iterum re Macrobius a Iamblichi eiusque sectatorum decretis differt, quippe qui nullo, quantum

[1] Haec clarius perspicientur, quando de Proclo agemus (infra p. 146 sqq.).

scimus, loco fabulam claris verbis a summo deo removeant. At contra De myster. 8, 2 fabularum Aegyptiarum nomina divina ad summum deum designandum usurpantur.

De aliis rebus divinis dicentes cur philosophi fabularum velamento utantur, ita explicat (§ 17 sqq.): „De dis autem, ut dixi, ceteris et de anima non frustra se, nec ut oblectent, ad fabulosa convertunt, sed quia sciunt inimicam esse naturae apertam nudamque expositionem sui, quae sicut vulgaribus hominum sensibus intellectum sui vario rerum tegmine operimentoque subtraxit, ita a prudentibus arcana sua voluit per fabulosa tractari. Sic ipsa mysteria figurarum cuniculis operiuntur, ne vel haec adeptis nudam rerum talium se natura praebeat, sed summatibus tantum viris sapientia interprete veri arcani consciis contenti sint reliqui ad venerationem figuris defendentibus a vilitate secretum. Numenio denique ... offensam numinum, quod Eleusinia sacra interpretando vulgaverit, somnia prodiderunt viso sibi ipsas Eleusinias deas habitu meretricio ante apertum lupanar videre prostantes, admirantique et causas non convenientis numinibus turpitudinis consulenti respondisse iratas, ab ipso se de adyto pudicitiae suae vi abstractas et passim adeuntibus prostitutas".

Has leges in Macrobii Saturnal. I 7, 18 Vettius Praetextatus „sacrorum omnium conscius", i. e. omnibus mysteriis initiatus, se observare contendit: „Saturnaliorum originem illam mihi in medium proferre fas est, non quae ad arcanam divinitatis naturam refertur, sed quae aut fabulosis admixta disseritur aut a physicis in vulgus aperitur. Nam occultas et manantes ex meri veri fonte rationes ne in ipsis quidem sacris enarrari permittitur; sed si quis illas assequitur, continere intra conscientiam tectas iubetur. Unde quae sciri fas est" eqs. Deinde Euhemeri modo fabulas sacras enarrat.

Cum nonnulla doctrinae Macrobii elementa a Iamblichi opinionibus discrepent, quaerendum iam est, unde sua hauserit Romanus. Atqui supra observavimus Porphyrium res turpes et ineptas a fabulis sacris removisse. Idem summum deum solo silentio colendum neque ullo nomine designandum esse

censuit (cf. supra p. 117 *μήτ' ἐπονομάζοντες*), cum Iamblichus ei nomen Aegyptium imponere non dubitet (cf. supra p. 126)[1]. Neque omnino Macrobius, cum Iamblichum numquam commemoret, Porphyrium ignorat[2]. Sane G. Wissowa[3], cui assentitur Ed. Zeller[4], Macrobium in Sat. I 17 sqq. a Iamblicho in Latinum sermonem converso et additamentis aucto pendere probasse sibi videbatur; at C. Reinhardt[5] argumentis demonstravit Macrobium Porphyrio[6] auctore usum esse. Veri igitur simile est Macrobium etiam in silentii mystici doctrina Porphyrium secutum esse, cuius sobria simplicitas Romanae gravitati magis quam Iamblichi quaesita obscuritas conveniebat.

A Neoplatonicis occidentalibus ad Graecos reversi illum virum adeamus, in quo diadochorum *ἀκήρατος χορός*, ut scribit Damascius in vita Isidori[7], finem accepit, Proclum dico Lycium scholarcham Atheniensem. Cuius integra de silentio mystico colligere et pertractare testimonia hic supervacaneum est, cum Hugo Koch in libro cui titulus est *Pseudo-Dionysius Areogagita in seinen Beziehungen zum Neuplatonismus und Mysterienwesen* (Forschungen zur christl. Lit.- u. Dogmengesch. hg. von Ehrhard u. Kirsch I 2/3 1909) 108—134 et 198—260 plurima Procli placita ad hanc rem spectantia congesserit et excusserit. Praeterea Proclus saepissime eandem doctrinam verbis paullum mutatis iterat et ruminat. Ceterum doctrinae Iamblicheae nihil fere novi addidit, sed Neoplatonicorum qui antecesserunt dogmata retractavit et in certa praecepta redegit. Paucis igitur Proclianam de silentio mystico doctrinam absolvemus Hugone Koch duce additis quae ex re esse videntur.

Proclus doctrinas theologicas cum paucis iisque selectis viris communicari, vulgus vero ne accedat prohiberi vult.

---

[1] Utique Macrobius non quidem fabulas sed imagines (*εἰκόνας*) theologis concedit. [2] Zeller *Ph. d. Gr.* III 2⁴ 921 n. 1.

[3] De Macrobii Saturnal. fontibus, diss. Vratislav. 1880, 38 sqq.

[4] III 2⁴ 739 n. 1.

[5] De Graecorum theologia capita duo 1910, 163 sq.

[6] Qui Apollodori *περὶ θεῶν* libros in usum vocavit; cf. Rob. Münzel, De Apollodori *περὶ θεῶν* libris, diss. Bonn. 1883 (cf. etiam P. Wendland *Hell.-röm. Kultur*² 159).

[7] Suid. s. v. *σειρά*; cf. R. Asmus *Das Leben des Philos. Isidoros von Damaskios aus Damaskos*, 1911 p. 132, 13 sqq. et nota.

Hominum enim gregem neque dignum neque aptum esse, qui altiore scientia potiatur. Ideo antiquiores philosophos sermones esotericos et exotericos caute distinxisse. In Parmenid. V 187 Cousin. dicit: *Δεῖ γὰρ τὰ μυστικὰ μυστικῶς παραδιδόναι καὶ μὴ δημοσιεύειν τὰς ἀπορρήτους περὶ θεῶν ἐννοίας* (cf. in Alcib. II 220, 240, 251; III 103, 110, 112, 114 sqq., 179 in Parmen. IV 3, 116, 134; V 274 sq., 310, 312; Koch 115 sq., 121 sqq.). Qui statim totam nudamque veritatem assequi vult, periculum subit, ne cum gradus cognitionis neglegat, omni veri cognitione destituatur (in Parm. V 268; Koch 118).

Quaerenti, cur res divinae silentio tegendae sint, Proclus respondet omnes res, quatenus ad „unitatem ineffabilem et cognitioni imperviam" (*ἕνωσις ἄρρητός τε καὶ ἄγνωστος*) referantur, neque cogitatione comprehendi neque verbis enuntiari posse. *Τὸ ἕν* est summus deus, qui omnem intellegentiam et sermonem humanum vincit[1]; ceterae res, quatenus ad hunc summum deum pertinent, silentii divini participant. Cf. Instit. theol. c. 123: *Πᾶν τὸ θεῖον αὐτὸ μὲν διὰ τὴν ὑπερούσιον ἕνωσιν ἄρρητόν ἐστι καὶ ἄγνωστον πᾶσι τοῖς δευτέροις*, et c. 162: *Πᾶν τὸ καταλάμπον τὸ ὄντως ὂν πλῆθος τῶν ἑνάδων κρύφιον καὶ νοητόν ἐστι· κρύφιον μὲν ὡς τῷ ἑνὶ συνημμένον κτλ.*[2] Haec est etiam metaphysica, ut ita dicam, praecepti ethici de rebus divinis coram vulgo reticendis causa: vulgus enim, utpote multitudo, unitati quam maxime contraria est hancque tactu suo contaminaret (in Parm. IV 31; VI 80; Koch 122).

Rerum igitur divinarum natura arcana reticeri vult. Sed non solum reticentia, sed in universum silentium hac ratione maxime commendatur, cum sermonem dignitate et efficacia longe superet.

Cum deus summus silentio absconditus, immo *πάσης σιγῆς ἀρρητότερον* (Plat. theol. II 11 p. 110 Port.) sit, homo qui ad rerum divinarum cognitionem tendit, solo silentio mentis et corporis ad eam pervenit et, nisi pace et quiete compositus est, vulgi consortium, occupationes cottidianas, mentis opiniones

---

[1] Cf. H. F. Müller *Dionysios Proklos Plotinos* (Beiträge z. Gesch. d. Phil. des Mittelalters XX 3 u. 4 [1918]) 67.

[2] Alio modo silentium cum unitate conectit Philo de gigant. 52 sqq. (supra p. 77).

et affectiones fluctuantes fugit, divini luminis expers est (in Parm. V 328; in Alcib. II 117 sqq.; Pl. theol. II 11 p. 109; de provid. et fato I 42; Koch 130).

Hoc denique silentio homo deum, quem verbis satis laudare nequit, honore unice digno afficit. Qui tacet, res divinas reveretur: In remp. Plat. II 85, 3 Kroll. *σιγῇ τῇ πρεπούσῃ σέβων* (cf. in Cratyl. 54, 20 sq.; 67, 7 sqq. Pasquali.; in Pl. theol. II 9 p. 106; III 7 p. 132; Koch 130 sq.).

Silentium recte vocari „mysticum" vel ex eo apparet, quod cum contemplatione dei artissime coniunctum est. Proclus mysteriorum tacendi disciplinam silentii philosophorum mystici symbolum et exemplar esse disertis verbis docet in Plat. theol. IV 9 p. 193: *Καὶ γὰρ ἡ μύησις καὶ ἡ ἐποπτεία τῆς ἀρρήτου σιγῆς* (quae a philosopho servatur) *ἐστι σύμβολον καὶ τῆς πρὸς τὰ μυστικὰ διὰ τῶν νοητῶν φασμάτων ἑνώσεως* (Koch 129). Silentium igitur philosophi mysticum est altiore verbi quod est „mysticum" significatione, quae tamen ei sensui, quem mysteriorum artis vocabulum prae se fert, superstruitur. Ideo paullo post Proclus scribit: *Τῆς νοητῆς σιγῆς ἐπληρούμεθα.*

Haec de ipso silentio Proclus opinatur. De silentio quoque, quod sermone tecto et obscuro veritatem celat, saepius disputat.

